

3 Romanus Pontifex, an dicatur Vicarius Christi?

3 Donatio Constantini, an fuerit valida?

4 Vrbs, & civitas, an sit idem?

5 Dictio, seu, quid significet?

IN textu. Hic Ludovicus renuntiavit privilegio electionis sub Paschali I. qui adeptus est sedem Pontificalem, anno Domini 817. Antonin. in 2. part. histor. specul. tit. 16. cap. 1. §. 2. Sicut alij imperatores renuntiaverunt, ut dixi in cap. Quia, 28. nu. 3. supra, hac dist. Vnde Nicolaus I. in Synodo Romana, anno Domini 858. approbante Ludovico II. Imperatore, instituit ne Princeps ullus secularis, aut Imperator Concilij clericorum interesset, nisi de fide ageretur; nam tunc licere, & par esse censuit, ut constat ex epistola Nicolai ad Michaellem Imperatorem Orientis, quæ incipit proposueramus, relata in cap. Vbi nam, 96. dist. ex Anselmo lib. 1. cap. 75. & Imperator hic nihil de novo concedit, sed concessa ab Imperatore Constantino Magno Sylvestro, & eius successoribus confirmat, ut testatur Photius Patriarcha, tit. 8. Nomacani cap. 1. & Glossa hic, verbo, Villiculis, & cap. Constantinus, 96. dist. & vide Baron. tom. 9. annalium, anno Christi 816. in fine; cum quo intellige; & anno 817. num. 9. & 10. qui integram litteram nostri textus refert, & num. 14. in fine, & num. 15. Boer. decis. 31. & decis. 39. num. 1. Pallat. de benefic. in Curia vacantibus, §. 9. col. 1.

Post principium textus, ibi,

Vicario tuo. Ergo Romanus Pontifex dicitur Vicarius Petri, ex quo sequi videtur, ut non Christus, sed Petrus Romano Pontifici auctoritatem tribuerit, ut nonnulli hæretici contendebant; sed contrarium resolvendum est cum Bellarmino, lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 17. vers. Prima opinio, ubi hunc textum refert, & eius argumento respondet, & vide posita ad cap. Concilia, 17. dist. Navarr. de indulgent. notab. 29. num. 1. ad fin. Alphonsus de Mendoza in Quodlibetis, quest. 4. Scholast. §. 2. in fin. pag. 268. Ex eo verò, quod Summus Pontifex in terra Christi vices gerat, egregie observant aliqui Doctores, Christi, & Pontificis tribunal, sive consistorium esse unum omnino, & idem in specie. Ita Hostiensis in cap. Quando, de translatione episcopi. Troil. Malves. de canonizat. Sanctorum, dubio 2. num. 10. Selva de benefic. part. 3. quest. 8. num. 26. Castald. consil. 414. num. 1. vers. His præsuppositis. Paris. consil. 5. num. 26. & consil. 68. num. 126. lib. 1. Menoch. consil. 51. num. 13. lib. 1.

In Glossa, verbo, Viculis, ibi,

Fuerant concessa. Docet Glossa donationem Constantini factam Romanæ Ecclesiæ valuisse; dicit communiter receptam Navar. in cap. Novit de iudicijs, notab. 3. nu. 76. Paulus Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 21. Covar. 4. variat. cap. 16. nu. 8. Menoch. cons. 149. nu. 39. Alex. cons. 24. nu. 23. lib. 5. Cast. cons. 70. vol. 1. nu. 7. ultra citata p Petr. Cened. 2. p. collect. 109. nu. 4. Prapof. hic nu. 2. de quo vide posita ad cap. Constantinus, 2. 96. dist.

In Glossa, verbo, Territorium.

ibi, Quid vrbs. Vrbs, & civitas idem sunt, l. Si ut proponis, & l. Singularum, C. de edificijs privatis. Barr. in l. Sed, & reprobari, §. final. in 2. col. in lectione Nicolai de Neapol. ff. de excusat. tutor. dicitur ab urbe, seu aratro, civitas in quibus cincta, nam in urbe condenda aratrum circum docebatur, ut murorum spatia definirentur l. Pupillus, 239. ff. de verbor. signif. cap. Si civitas, de sententia excommunicat. in 6. & an sic appellanda civitas, quæ episcopum non habet, vide citatos per Cened. 2. part. collect. 101. nu. 1. Barr. in l. ult. nu. 3. vers. Nam in usu, ff. de collegijs illicitis, & in Extravag. Qui sine rebelles, verbo, Lombardia. Rebuff. in Concord. tit. de collationibus, §. Volumus, verbo, in civitatibus, cum quibus resolve, civitatem dici non posse illam, quæ proprium episcopum non habet. Vnde, quando novus episcopatus instituitur, villa, vel oppidum ubi erigendum est, prius civitatis nomine, & honore decoratur, ut optime probat textus in Extravag. Salvator, vers. Volentes, de prebendis inter communes, & notat Petrus Gregor. rei beneficiaria, cap. 17. num. 2. vide posita ad cap. Episcopi, 3. num. 1. & sequentibus, infra, distinct. 80.

In Glossa, verbo, seu. Dictio, seu, non auget,

quia ponitur in ultimis, Abb. cum communi in cap. Inter ceteras, de rescriptis, sed quia ponitur inter conformia, secundum Dec. ibidem, num. 6. & quando ponitur inter diversa; vide Hieronym. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. Glossa 48. num. 17. & Glossa 52. num. 3. & circa hanc dictionem vide latissime Cened. singular. 15. Cardinalem Tuscanum tom. 2. littera D. conclus. 372. pag. 653.

C A P. Inter nos. XXXI.

S V M M A R I V M.

1 Electio, & consecratio Romani Pontificis, quomodo fiat?

Ccc 2 IN

IN **textu.** Dicit textus electionem, & consecrationem Pontificis non nisi iussu fieri debere. Tu dic. Quando Summus Pontifex creatur, electores personam designant, solus autem Christus immediate confert dignitatem, & potestatem. Dico secundo. Potestas eligendi, & designandi personam, data fuit hominibus. Dico tertio. Modus eligendi Pontificem non fuit à Christo Domino præscriptus, sed Eccl. fix commissus est. Dic tandem. Ad Sedem Apostolicam præcipue spectat præscribere, & ordinare modum eligendi Summum Pontificem, de quibus vide late *Suar. de fide, disp. 10. sect. 4.* & circa textum vide latissime *Baron. tom. 9. annal. anno Christi 774. num. 16. & 17. & tom. 10. anno Christi 847. num. 10. & 11.*

CAP. Constitutio. XXXII.

S V M M A R I V M.

1. *Baronius nostri textus meminit.*

IN **textu.** Vide circa illum *Baron. tom. 9. annalium, anno Christi 774. num. 16. vers. At quomodo, & num. 17. vers. At quod dicunt.* Adriani Pontificis anno 3. & Constantini Copronymi Imperatoris, anno 34. qui *Baron.* nostrum textum refert, & eius materiam prosequitur.

CAP. Tibi Domino. XXXIII.

S V M M A R I V M.

- 1.** *Imperator præstat Papæ iuramentum fidelitatis.*
- 2.** *Revocatio procuratoris non valet nisi fuerit intimata.*
- 3.** *Pater, & filius, an, & quando censeatur una, & eadem persona?*
- 4.** *Delictum familie, quando obliget dominum?*

IN **textu.** Collige ex textu, quod Imperator Otho promisit Iohanni XII. qui sedem est adeptus anno Domini 955. de eo iuvando, & quod nihil ipse, neque successores eius in ordinatione statuerent, sine consensu Iohannis, ut tradit *Anselmus lib. 4. cap. 37.* & *Antonius in speculo historiali,*

2. part. tit. 16. cap. 1. §. 16. Vnde etiam probat, qualiter Imperator præstat Papæ iuramentum fidelitatis; idem tenet *textus in Clement. Ne Romani, de iure iurand.* & *Petrus à Monte in Monarchia Conciliorum, tit. de origine Imperatorie Maiestatis, quest. 4. num. 81. in 2. vol. tract. in impressione antiqua, & in noviori, tom. 3. part. 2. fol. 309.* & *Ioann. Cirier de primogenitura, lib. 3. quest. 7. num. 9. Episcop. Thelesin. in thesauro fori eccles. 1. part. cap. 1. nu. 20. ubi etiam nu. 46. dicit quod Imperator, qui à Papa non est coronatus, non dicitur Imperator ex Baron. annal. tom. 10. anno 871. §. Dicit autem, & §. Illud autem, & annal. 888. §. Eodem anno, tom. 10. & anno 960. num. 4. & sequentibus, qui nostrum textum refert, & vide ad quod notet hunc textum *Felin. in cap. Si diligenti, num. 1. de præscript.**

In Glossa 2. post principium.

Quam vocat magistralem *Felin. in cap. Ex parte decani, num. 7. vers. Secunda regula, de rescriptis,* & per illam docet, quod iuramentum procuratoris habentis mandatum ad ligandū dominum, ligat eum, etiam quando procurator est revocatus, & ignorat revocationem factam à domino; quod etiam ampliat procedere in maleficijs, quia non sufficit revocare mandatum de maleficio committendo, nisi etiam notificetur revocatio mandatario.

In Glossa eadem ad fin. ibi.

Pater, & filius. Quando censeatur una, & eadem persona, vide *Marsilium in l. 1. Cod. de raptoribus. Guilielmus in cap. Raynuntius, verbo, mortuo, 2. ex num. 36. Oldrad. cons. 224. num. 25. Iraquel. in l. Si unquam, in principio, num. 15. 25. & 33. & de primogenitura quest. 40. num. 58. Felin. in cap. Asserte, nu. 5. de præsumpt. & in cap. Ex parte decani, num. 19. de rescriptis, vide etiam cap. Contradicimus, 21. vers. Hac autoritate, 35. quest. 1. & *Valasc. consult. 122. num. 25. & cons. 126. num. 5. & 12.**

In Glossa, verbo, Meo.

Familie delictum quando obliget dominum, vide *Aloys. Riccium collect. 1550. Romanum cons. 152. nu. 4. Alciat. reg. 3. præsumpt. 40. Tuschum tom. 3. littera F. conclus. 76.* Circa quam quæstionem illud breviter etiam concludendum est, iuxta plurimorum auctorum opinionem, delictum perpetratum à filio, vel famulo, vel consanguineo, vel amico præsumi factum de mandato patris, domini, consanguinei, & amici, quando tale delictum cedit in aliquam illorum utilitatem, vel satisfactionem. Ita *Franc. Marc. decis. 423. nu. 5. & 6. p. 1. Plaga de delictis, lib. 1. cap. 14. num. 4. Menoch. cons. 52. num. 3. cum sequentibus.* Quod tamen limitabis, si dominus patitur famulos persistere

esse in tali delicto. Anton. Gom. variar. tom. 3. cap. 3. nu. 47. Mascard. de probation. conclus. 1003. nu. 36. & conclus. 1012. num. 2. & conclus. 1300. num. 1. cum sequentibus. Farinac. part. 4. cons. 26. num. 9. & cons. 55. num. 29. Surdus de alimentis, tit. 9. quest. 26. num. 117. Unde universaliter loquendo, familia delictum toties dominum obligabit, quoties ex illo aliquid culpa in eundem dominum redundaverit.

Ad cap. Sacrorum. XXXIV.

S V M M A R I V M.

- 1 Navarrus nostri textus meminit.
- 2 Domicilium proprium quod dicatur, & quæ sit propria diœcesis?
- 3 Pontifex an sit à solis Cardinalibus eligendus? & num. 4. & 5.

IN textu. Quem refert, & eius materiam late profequitur Navar. in rubric. de iudijs, decimo septimo principali, nu. 70. Baron. tom. 9. anal. anno Christi 774. vers. Nam quod in primis.

2 In text. ibi, De propria diœcesi. Proprium domicilium, quod dicatur, & quot modis contrahatur, decem modos ponit l. 2. tit. 24. partit. 4. vide Barbof. ad Ord. lib. 2. tit. 56. nu. 1. & textus in cap. 5. de parochijs. Covar. 1. variar. cap. fin. Menoch. cons. 80. num. 9. 13. & 15. Aloys. Riccium collect. 115. 846. 1583. At nomine diœcesis continetur civitas, ut supra dixi in cap. Nullus, 12. dist. 61. & vide Aloys. Riccium collect. 1387. sicut appellatione familiae continetur Princeps familiae, l. Familie, ff. de verborum significatione, & nomine provincie civitas Metropolitana, cap. Scitote, 6. quest. 3. Balb. de prescript. in 4. questione, num. 1. & 4. Præpositus hic num. 1.

3 In §. Ex constitutionibus, vers.

Nunc autem. Docet Magister Gratian. Romanum Pontificem auctoritate Nicolai Papæ non esse à solis Cardinalibus eligendum. Sed ex eo convincitur, quia solis Cardinalibus reservari electionem Romani Pontificis est decretum Alexandri III. in cap. Licet devitanda, de electione, & est auctoritas Concil. Viennens. in Clement. Ne Romani, de electione, & textus in cap. Vbi periculum, de electione, lib. 6. Quinimo, & hoc auctoritate Nicolai, in cap. In nomine, 23. dist. ad quem hic respexit Gratian. Itaturum fuisse, tenet Turrecremat. & Præpos. in d. cap. In nomine, & multum tempus Alex. III.

Cardinalibus solis fuisse ius eligendi colligitur ex eodem cap. Licet, qui solum de novo constituit duas cardinalium partes in eligendum consentire debere, ut optime advertit Bellarm. de cleric. lib. 1. cap. 9. col. 1.

Tu suppose, quod Pontifices pro varietate temporum, varias Romani Pontificis eligendi formas præscriperunt, & per mille annos decem, & septem mutationes contigisse, inquit Bellarm. lib. 1. de cleric. cap. 7. vers. 3. inter quas illa, quæ hodie observatur, ut solis Ecclesie Romanae Cardinalibus, ius hoc eligendi deferatur, ut profequitur Dec. & Abb. in d. cap. Licet devitanda. Turrecr. & Præpos. in d. cap. In nomine. Ledesma. 2. 4. q. 26. art. 4. Laudabilior fuit, convenientior, & magis schismatum expultrix, ut eleganti stylo ostendit Bellarm. d. cap. 7. p. totum; idq. varijs decisionibus comprobantur Romani Pontifices, in d. cap. Licet, & in d. cap. Vbi periculum, & in d. Clement. Ne Romani, de elect. quæ concessio declaratur, ita ut maneat hæc potestas in uno de collegio Cardinalium, si unus tantum superfit Abb. in d. cap. Licet, in fin. ubi Decius.

Illud autem dubium est, an constitutionem Nicolai, in cap. In nomine, 23. dist. hoc ius solis Cardinalibus capere d. ferri, qua in re Gratian. hic negativam, Præpos. Turrecr. & Archidiacon. in d. cap. In nomine, affirmativam partem videntur asserere. Illa tamen constitutione diligenter inspecta, circa illam confidero, quod Nicolaus Papa studuit in ipsa constitutione observare in Romani Pontificis electione omnia, quæ in alijs inferiorum electionibus observabantur, & sic statuit, ut Cardinales, Episcopi, & clerici electionem celebrarent, additq. quod reliquus clerus ad assensum novæ electionis accederet. Ex his prænotatis facile Gratiani dictum in vero sensu defenditur. Nam licet Summus Pontifex ex illa Nicolai constitutione à solis Cardinalibus esset eligendus, tamen hoc fieri debebat in præsentia cleri Romani, qui assensum factæ electioni præstabant, in quo sensu inquit Gratianus, quod electio non fiebat à solis Cardinalibus, & sic intelliguntur dicta Gratiani in initio, 79. dist.

C A P. Obeuntibus. XXXV.

S V M M A R I V M.

- 1 Consensus aliquando ponitur pro consilio.
- 2 Ad quos canonicos spectet electio episcoporum?
- 3 An electio episcopi absq. consensu religiosorum sit valida?
- 4 Intellectus nostri textus.

IN textu, *ibi*, **Consensu.** Nota quod ubi aliquid debeo facere cum consensu alterius, nisi voluntatem suam habuero, nihil possum; cum consensus dicatur quasi similis sensus. *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. Glossa 47. nu. 2. 3. & 15.* quod simul mecum consentire debet, & ego secum, alias non est consensus, sed dissensus, ut §. 1. 29. *quasi. 1.* Aliquando tamen ponitur consensus pro consilio, *cap. 1. & 2. infra, 65. dist. & Gonzal. ubi supra, Glossa 46. nu. 80. & 81. & Glossa 48. nu. 15. ex cap. 1. de foro compet.* Sed qui tenetur consilium alicui adhibere, non tenetur illud sequi *cap. Cum olim, 7. de arbitrar. cap. Licet de regul. iur. apud Gregor. l. fin. C. de iure emphyt. l. Quidam decedens, §. Papinianus ff. de administr. tutor. l. 1. ff. ubi pupill. educ. debent. Gonzal. ubi supra, Glossa 46. à nu. 61. usq. ad nu. 75.*

2 *ibi*, **Canonici de Sede episcopali.** Ad quos spectat electionem episcoporum, non tamen ad omnes, qui eisdem Ecclesijs intersunt veluti capellanos mansionarios, & allivios, sed ad solos canonicos, qui vocem habent in Capitulo, & ad communes tractatus vocari solent; quos ita distinguit *Glossa. verbo, assistos, in cap. penult. de clericis non residentibus, recepta ex multis, de quibus Zachus de repub. ecclesiastica, tit. 24. nu. 2.* quia hoc novum in tempore raris eligendi episcoporum redactum noiscitur ad solum Capitulum Cathedralis Ecclesie, ut conilat ex *textu in cap. Congregatio, 16. q. 7. cap. 1. cap. Cum terra, 14. cap. Cum inter, 18. cap. Quia propter, 42. de electione. Petrus Gregor. de elect. cap. 6. nu. 6. Duaren. de sacris Ecclesia ministerijs, lib. 3. cap. 1. vers. Recte Corrafius, de sacerdotio, p. 4. cap. 1. à nu. 28. Selva de beneficio, p. 3. q. 22. nu. 9. & 26.*

3 Nec obstat textus in presenti, dum decidit electionem episcopi factam sine consensu religiosorum, & clericorum non valere, quia ultra solutionem *Glossa 1. in presenti*; omilla etiam solutione *Ioannis Andreae*, quem sequitur *Ripa in cap. Cum Ecclesia, nu. 122. de causa possessionis*, qui voluerunt, quod licet sit contra ius commune, quod canonici excludantur ab episcoporum electionibus, non ita est contra ipsum ius commune, quod clerici diocesis simul cū canonicis coeligant, convincitur enim expressè ex *d. cap. Cū Ecclesia*, dum expressè probat ad solos canonicos, seu clericos Cathedralis Ecclesie huiusmodi electionem pertinere, & expressius per *textus in cap. Cum dilectus, ad fin. de consuetudine; ibi. Quæ iuri cōmuni præiudicet, iuncto ibi. Alioquin Andrensisibus monachis ius eligendi Abbatem adiudicare curatis.* Advertit bene *Abb. ibi nu. 43. vers. Tertia* cui non satisfacit *Ripa*, proxime citatus.

4 Non absurde tamen videbatur tentari posse textum in presenti, non dare clericis extraneis

vocem in electionibus, sed solum consilium, ita ut si presentes inveniantur in electione, ab ea non excludantur, sed consilium ab eis sit requirendum, non verò sequendum, iuxta regulam *textus in cap. Cum olim, de arbitris, de quo supra nu. 1.* ut notavit *Glossa hic, verbo, consensu*, sequitur *Bellamera*, explicans non esse consilium hoc de substantia, & validitate electionis, sed de bene esse, sequitur etiam uterq. *Cardinalis sancti Xilli, & Alexandrinus*, sed melius ipse *Alexandrinus*, ex Archidiacono advertit resolutionem hanc esse contra litteram *textus in presenti*, ex quo constat consilium religiosorum, de quo antea dixerat poni, pro consensu, & sine eo invalidam esse electionem, ut patet ex fine *textus, ibi. Quod absq. consensu eorum, & convenientia factum fuerit irritum habeatur, & vacans*; quare bene docent tuiorem esse solutionem, *Glossa prima*, quod ea decisio contraria consuetudine sit abrogata.

CAP. Si fortè. XXXVI.

SUMMARY.

- 1 *Praelati non satisfaciunt suo muneri, quæ si de digniori Ecclesia provideant.*
- 2 *Quod procedit non solum per viam collationis, sed etiã per viam electionis.*
- 3 *Patroni debent presentare illos, qui maioribus iuvantur meritis.*
- 4 *Mortiferè peccant, qui omissis dignioribus, dignos eligunt.*
- 5 *Quod tamen non procedit in beneficijs simplicibus.*
- 6 *Non tenetur quis ad restitutionem, si omissio digniori dignum eligat.*
- 7 *An hoc procedat quando provisio beneficij sit per concursum, & oppositionem? & num. 8.*

IN textu, *ibi*, **Qui maioribus iuvatur meritis.** Controversum Doctores in presenti; utrum sufficiat, quod patronus, vel episcopus indignum presentet, ac sub inde teneri, sufficere eligere idoneum, omissio etiam digniori. Tu rem satis involutam sequentibus dirime conclusionibus. Sit prima conclusio. Praelati non aliter satisfaciunt suæ obligationi, quam si de digniori Ecclesie provideant, *cap. Licet, 8. q. 1. textus optimus in cap. 2. & ibi Glossa, verbo, melioris, de officio custodis, textus in cap. 3. de iure patronat, Trident. sess. 24. cap. 1. & 18. de reformat. resol.*

resolvunt D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. Rebus in
 praxi sit. Requisita ad bonam collationem à num. 23.
 Sylvester, verbo, electio 1. nu. 18. Soto lib. 3. de iusti-
 tia quest. 9 articulo. Sarmiento de redditibus 1. p. 71.
 cap. 4 num. 2. plures, quos sequitur Covar. in regu-
 la peccatum 2. part. §. 7. numer. 3. Salzedo in practica
 cap. 21. littera G. & littera H. Nam in rebus pù-
 blicis datur obligatio eligendi semper dignio-
 rem 1. ad subeundum. Cod. de decurionibus lib. 10. &
 in Authen. de monachis, §. ordinatione collat. 1. &
 constat inter res ad bonum publicum perti-
 nentes, non in minimum locum habere provisio-
 nes ecclesiarum; Vasquez in opuscul. moralibus in
 tractat. de beneficijs, num. 50. & sequentibus.

2. Secunda conclusio. Prædicta sententia pro-
 cedit non solum quando per viam collationis
 ecclesie providentur, sed etiam quando per
 viam electionis, adhuc enim providentes te-
 nentur eligere illum qui maioribus iuvatur
 meritis, ut probat textus noster in presenti, textus in
 dict. Authen. de monachis, §. ultimo optime Tridēt.
 d. cap. 1. resolvunt supra citati, dicit communē
 Covar. d. numer. 3. quidquid contrarium teneat
 Glossa verbo, qui præstantur in d. cap. licet 8. quest.
 1. Glossa penult. in d. cap. 2. de officio custodis, Glossa
 verbo, magis in cap. constitutis de appellationibus, re-
 fert plures Lambertinus de iure patronatus lib. 2. 1.
 part. quest. 10. art. 3. num. 6. Padilla in l. cum quidam
 num. 19 ff. de legatis 2. quibus non favet textus in
 cap. cum nobis vers. illius de electione, siquidē tex-
 tus ille tantum convincit factam electionem
 de digno, prætermissio digniori, validam esse,
 cuius rei eam rationem reddit Divus Thom.
 2. 2. questione 63. articulo. secundo ad tertium quia
 alias omnis electio, vel presentatio calumniā
 pateretur, dareturque locus penē infinitis liti-
 bus, si electiones eo prætextu revocari per-
 mitterentur, quod quidem neque tolerandū,
 neque Reipublicæ christianæ convenire tes-
 tantur iura, de quibus Covar. d. §. 7. num. 4. &
 5. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 5. num. 47.

3. Tertia conclusio. Patroni etiam suo muneri
 non satisfaciunt, nisi præstaverint illos, qui
 maioribus inventur meritis, constat namque
 suo modo saltem partialiter concurrento te-
 meri ecclesie de prælato providere, ac proinde
 debere digniorem offerre, pro ut in specie re-
 solvit Soto d. lib. 3. de iustitia quest. 9. art. 1. Covar.
 d. §. 7. nu. 5. communis ex Decio cons. 95. Vasquez
 in opusc. moral. tit. de beneficijs, num. 73. & sequen-
 tibus licet contrarium teneat Glossa, verbo,
 maioribus in cap. 3. de iure patronat. & Glossa, ult. in
 cap. monasterium 16. quest. 7. Lambertinus, qui alios
 refert d. quest. 10. art. 3. numer. 17. Roibus verbo,
 honorificum quest. 21. numer. 52. quibus non favet
 textus in d. cap. monasterium, ibi, qui voluerit, & in
 cap. decernimus, ibi, idoneos 16. quest. 7. Nam ibi-
 dem dicitur dignos esse recipiendos ad effe-
 ctum, ut indigni repellantur, non verò ut dig-

niores prætermittantur, advertit Covar. d. nu. 5.
 Quod tamen non procedit, ubi quis ex pro-
 prio patrimonio ecclesiam, vel oratorium cō-
 struxit, ea adiecta conditione, ut ex suis
 cognatis in perpetuum sacerdos præsentetur,
 tunc enim poterit præsentare quem voluerit,
 dummodo indignus non sit, ut per Soto lib. 3. de
 iustitia quest. 6. art. 2. col. 14. vers. mox.

4. Quarta conclusio. Mortifere peccant, qui
 omnis notabiliter dignioribus, dignos acci-
 piunt, quia non satisfaciunt obligationi ex le-
 ge humana, vel divina proveniente, D. Thom. 2.
 2. quest. 63. art. 1. & quest. 185. art. 3. Caetan. in
 summa, verbo, acceptio personarum. Sylvester, eodem
 verbo & verbo, electio 1. quest. 16. refert alios.
 Soto de iustitia lib. 3. questione 6. articulo 2. & lib. 10.
 quest. 2. art. 3. Philaticus de officio sacerdotis, 2. part.
 lib. 4. cap. 23. Valentia 3. tom. disput. 5. quest. 7. puncto
 2. Toleius in summa lib. 5. cap. 4. vers. 4. Abb. nu. 7.
 & Verius n. 13 in cap. constitutis 2. de appellat. Covar.
 in regula peccatum 2. part. §. 7. num. 4. & 5. Navarr. in
 Man. cap. 17. numer. 73. & de oratione uniuslanco 38.
 Petrus in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinamenti. Padilla in l. cum
 quidam num. 19. ff. de legat. 2. Cevallos in suis comu-
 nibus quest. 659. num. 1. plures refert Garcia de be-
 neficijs 7. p. cap. 16. num. 1. & est ratio, quia di-
 mittendo digniorem sine causa, violatur ius-
 titia distributiva, & committitur peccatum ac-
 ceptionis personarum, quod illi contrariatur,
 & est mortale ex genere suo.

5. Quinta conclusio. In beneficijs simplicibus,
 & sine cura, sufficit quod dignus eligatur, etiā
 omisso digniori, nam Concilium de episcopa-
 tibus, & curatis tantum loquitur, & ita docet
 Petrus Navarra de restitut. lib. 2. cap. 2. num. 172. &
 nu. 182. quem sequitur Gutierrez. lib. 2. Canoniarum,
 cap. 11. num. 12. & 28. atens, quod si aliud dice-
 remus, omnes fere prælati essent in statu dam-
 nationis; providentes dignis beneficia sim-
 plicia, prætermittis dignioribus, Vega in sum-
 ma 2. part. capit. 17. casu 1. Ledesma in summa 2.
 part. tractat. 7. cap. 2. conclusio 7. Garcia de beneficijs
 part. 7. cap. 16. num. 17. iuvat quæ tradit Lesius de
 iustitia lib. 2. c. 34. dubio 14. licet contrarium do-
 ceat Vasquez in opuscul. moral. tract. de beneficijs nu.
 78. quæ sententia procedit non solum in pa-
 tronis laicis, sed in ecclesiasticis, ex Lambertino
 de iure patronatus part. 1. lib. 2. q. 10. art. 3. ad fin. se-
 quitur Garcia ubi proxime nu. 18. ubi post alios
 dicit, in patronis laicis sufficere dignum præ-
 sentare, etiam ad curata.

6. Sexta conclusio. Non tenetur quis ad re-
 stitutionem, si omisso digniori, dignum eli-
 gat; nam restitutio tunc necessario requiri-
 tur, quando alicui damnum est illatum in
 re sibi debita, ut propria, non verò in debita
 ut communi, quia ut inquit Sanctus Thom. 2. 2.
 q. 16. art. 1. ad 3. alio modo debetur alicui quod
 est commune, alio modo quod est proprium, &

in hoc casu princeps, vel alius prelatus digniorem omittens in officio publico, vel beneficio ecclesiastico, non infert ei damnum in re propria, sed in re communi, & sic peccat contra iustitiam distributivam, quæ ad restitutionem non obligat, ita docent *Sotus de iustitia lib. 4. q. 6. art. 3. ad 6. Ledesma 2. 4. quest. 18. art. 2. Navarr. in Manual. cap. 17. num. 72. Covar. in reg. peccatum 2. p. 157. num. 6. Peres lib. 1. ordinamenti tit. 6. in l. 2. Molina de primogenijs lib. 2. cap. 5. num. 57. Spinus de testamentis Glossa 18. num. 9. & 10. Gutierr. lib. 2. canonicarum cap. 11. à num. 47. Cevallos in suis communibus quest. 659 num. 12. Toletus in summa lib. 5. cap. 4. vers. Quarto. Lessius lib. 2. de iustitia cap. 34. dubio 15. & magis placet Azor. instit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 15. quest. 12. sequitur Rebellus 1. part. lib. 3. q. 4. & 5. quidquid contrarium doceant aliqui, quos refert Garcia de beneficijs part. 7. cap. 16. numer. 30.*

7 Maior difficultas insurgit, quando per concursum, & oppositionem beneficij provisio facienda sit. Vtrum teneatur quis ad restitutionem, si omisso digniori, dignum eligat? Pars affirmativa verior multis doctoribus videtur, quia ex huius edicti propositione, quidam quasi contractus obligatorius inter digniorem, & electores resultat, ex quo oritur obligatio, pro ut in casu subhastationis, in qua promittitur res plus offerenti, concludit Bart. in l. licitatio ff. de publicanis, unde omittens digniorem censetur offendere non solum iustitiam distributivam, verum etiam commutativam, ortam ex illo quasi contractu, & ex fide in illo data. Iuvat quia eligentes constituuntur iudices à lege inter oppositores, ut illos examinent, & digniorem suo suffragio declarent, atque ideo si scienter inique iudicent minus dignum esse digniorem, veluti lædentes in iure quæsitum ad restitutionem tenebuntur, iuxta illa, quæ de iudice iniuste iudicante resolvunt communiter Doctores, & ita in specie tradit Molina lib. 2. de primogenijs cap. 25. num. 59. Bartholom. de Medina in instructione confessorum in septimo præcepto, §. 32. quem sequitur Petrus Navarr. lib. 2. de restitutione cap. 2. num. 178. plura refert Gutierr. Canoniar. lib. 2. cap. 11. num. 55. cum sequentibus, Vasquez in opusculo moral. tract. de benefic. num. 117.

8 Pars negativa alijs placet, quia ex edicto, seu oppositione tantum promittitur beneficium, præbenda, seu cathedra ipsis oppositoribus, & inter ipsos, illi, qui secundum formam oppositionis dignior fuerit iudicatus, atque ideo licet verum sit quod ex eo habent ius quæsitum oppositores contra illos, qui oppositores non sunt, etiam dignissimos; nõ vero inter ipsos habet ille ius quæsitum, qui verè dignior est, nõ enim promittitur beneficium, nisi tantum illi, qui fuerit electus à maiori parte secundum formam oppositionis, is enim dig-

nior reputatur; unde quanvis lex præcipiat, eligentes verè digniorem eligant, tamen si contra fiat, læditur solum iustitia distributiva, quæ ad restitutionem non obligat ex D. Thom. 2. 2. quest. 62. art. 1. & ita hanc opinionem tenuit. Sot. supra citatus, col. penult. Navar. in Manual. cap. 17. num. 74. vers. Nec obstat. Ledesma 2. 4. quest. 18. artic. 2. ad finem. fol. 256. vers. Secunda conclusio Mercado de contractibus lib. 6. capit. 17. fol. 357. 4. Tansi. disen los Theologos. vers. Esto no la sign. Garcia de benef. 7. part. cap. 16. num. 43. Hodie extat constitutio Pij. V. qua decretum est, ut si in concursu dignior fuerit repulsus, ad superiorem recurrat, qui re perspecta iniustam repulsionem revocet, cuius meminit Garcia ubi proxime num. 61. Tu lector lege, & elige. De indigno autem accepto extra controversiam est, obligationem restituendi ex tali acceptance resultare.

DISTINCTIO. LXIV.

CAP. Episcopi. I.

SYMMARIVM.

- 1 Episcopus saltem à tribus episcopis est consecrandus.
- 2 Boerius nostram Glossam sequitur.

IN textu, ibi, Tres Episcopi. Ex quo collige, quod Episcopus est saltè à tribus Episcopis consecrandus, idè dicit textus in cap. Episcopum 6. infra eadem, & Selva de beneficijs 3. part. quest. 38. num. 5. Vincentius Fillucius in summa tom. 1. tract. 9. de sacramento ordinis cap. 5. num. 106. & notavi in cap. Episcopum. 5. numer. 3. supra 61. dist. & an mortaliter peccet, si conscientius peccati mortalis consecratur, videndus est Azor 2. tom. lib. 3. cap. 30. vers. duodecimo, cum quo resolve, illam opinionem esse valde probabilem, quæ affirmat peccare mortaliter episcopum, qui peccati conscientius ad consecrationem accedit. Ratio est quia per consecrationem accipit quandam potestatem ordinis, sive facultatem conferendi sacramenta, proindeque accedens in peccato, facit contra sanctitatem debitam sacramento, & consequenter peccat mortaliter: confirmandus est à Metropolitana, vel Primæ, cui subest nullo modo, ut hic Archidiaconus, & cap. Episcopum 6. & cap. illud 7. infra eadem.

In Glossa

2 In Glossa verbo, Litteris ad fin.

Notat Boerius decis. 1. n. 39. & per illam docet quod ubi consensus requiritur certo determinato tempore pro forma, non potest talis consensus praestari, etiam per illum, qui esset absens, vel iusto impedimento detentus, per textum in cap. Quia propter, de electione, faciunt quae tradit Barthol. in l. Theopompus, ff. de dote prelegata Bald. in l. iurisiur. Cod. de testibus, de quo etiam Duch. reg. 283.

C A P. Ordinationes. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi comprovinciales sunt convocandi in consecratione alij episcopi.
- 2 Dicitio simul quid significet?
- 3 Dignus semper praesumitur, qui non noscitur indignus.

1 **I**N textu. Collige ex decreto Anacleti Pontificis, omnes Episcopos qui fuerint in provincia debere conveniri ad consecrandum episcopum comprovincialem; nec obest, quod frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora, & consecratio tam Archiepiscopi, quam episcopi potest fieri per pauciores Episcopos, & sic videtur inconveniēter statutum, quod vocentur omnes comprovinciales episcopi in consecratione episcopi, vel Archiepiscopi. Respondetur enim cōvenientissime factum esse, ne lupo pro pastore praeficiatur in ecclesia. Ad hoc enim ut bonus appareat ingressus episcopi, debet ex pluriū cōsilio approbari, non enim est verisimile, quod qui multorum consilio assumitur, ingrediatur quam ex vitæ merito, & doctrinae ad subditorum fructum, & animarum salutem, quia ubi multa consilia, ibi salus, ut dicitur Proverbiorum cap. 11.

2 **I**n textu, ibi, Simul. Quae dicitio est congregativa, ideoque si quis instituat fratrem heredem, cum hoc, quod bona sua debeat communicare simul cum fratribus suis, importat simultaneam communicationem, ut ipse fratribus, fratres sibi communicent, de quo late Bart. cons. 4. factum tale num. 3. in fine, & num. 4. lib. 1. sequitur Tusch. tomo secundo littera D. conclusionem 376.

In Glossa verbo, Assensum, ibi, Dignum debet aestimare.

Ex qua colligitur quod dignus seper praesumitur, qui non noscitur indignus, idem Glossa fin. in cap. unico de scrutinio in ordine faciendo cap. final. de praesumpt. ubi Felin. à num. 1. cap. dudum 16. in fine de praesumptione Alciat. reg. 3. praesumptione 2. & 3. in principio, Hieronymus Gonzal. ad reg. 8. cancellaria Glossa 4. numer. 164. & sequentibus. Tiraguel. de praescriptionibus §. 1. Glossa 2. pag. 87. vers. Sed quod. Bernard. reg. 65. Duchas reg. 75. Socin. reg. 39. Cened. ad sextum Collectan. 29. num. 1. & 2. Nota tamen primo, quod quando agitur de salute animae nemo praesumitur bonus. Menoch. lib. 5. de praesumpt. praesumptione 5. num. 29. Vasquez 1. 2. quest. 19. art. 6. disp. 65 cap. 3. Salas 1. 2. quest. 21. tract. 8. disp. unica. sect. 17. num. 15. Sanch. in decalog. lib. 1. cap. 10. n. 10. & 50. Nota secundo quod quando quis vult promoveri ad ecclesiam, debeat inquirere de eius qualitate Butrius in cap. Si forte, 11. num. 9. de electione in 6.

C A P. De abiectione. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Arausicanum primū quando celebratum?
- 2 Episcopus an possit à duobus episcopis consecrari?

IN superscriptione, ibi, Arausicano primo. Concilium Arausicanū primum fuit celebratum in Gallia anno Christi 442. sub Leone 1. Pontifice, & Imperatore Valentiniano; in quo decretum fuit de rebus ad episcopos, presbyteros, & alios fideles pertinentibus, ut tradit Paddilla in epitome conciliorum fol. 21. refertur tom. 1. conciliorum.

2 **I**n textu, ibi, Duo praesumerint ordinare. Praecipit concilium Arausicanum, non debere Episcopum à duobus episcopis ordinari, non tamen est de iure divino, ut fiat à tribus, vel pluribus episcopis, & Papa potest hanc formam mutare, quavis illa ab Apostolis fuerit instituta, ut tradunt Hugo, & Prapostus in cap. Porro, infra 66. dist. quos sequitur Gregorius Lopez partia 1. tit. 5. l. 28. Glossa 2 & notatur in cap. Archiepiscopus, & in cap. ne qui episcopi de temporibus ordinationum, faciunt quae tradit Azeyedo ad Curiam Pisanam

Pisumam lib. 2. cap. 14. littera B. Vide me infra cap. Porro, citato, num. 1.

CAP. Comprovinciales.. IV.

SYMMARIUM.

1 *Gregorius Lopez nostri textus meminit.*

2 *Universitas extincta est, si omnes Canonici mortui essent præter unum.*

1 **I**N textu. Cuius meminit Gregorius Lopez partit. 1. tit. 5. l. 28. Glossa 1. ubi alia iura adducit Azor. tom. 2. lib. 3. c. 30. vert. secundo.

2 **I**N Glossa verbo, Iussu, ibi, Penes unum. Imò ius universitatis non potest cadere in uno, unde si omnes canonici mortui essent præter unum, extincta esset universitas, ut patet in cap. Bona memoria de electione. l. si grege, ff. de legat. 1. & cap. si forte 65. dist. 1. infra ubi Archidiaconus, nu. 3. respondet ad contraria.

CAP. Extra. V.

SYMMARIUM.

1 *Indicium, quod est plurimorum sententijs confirmatum, integrum est.*

2 *Dictio extra quid significet?*

1 **I**N textu. Probat quòd integrum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur: idem textus in cap. prudentiam de officio delegati, quod confirmat Arist. lib. 3. Polit. cap. 11. ubi dicit quòd convivium, ad quod plures conferunt, melius est, quàm una simplex mensa; sic iudicia multorum sæpe meliora sunt, quàm uniuscuiusque, & subiungit quòd multitudo minus subiacet corruptioni, quemadmodum aquæ magna congeries, sic etiam plures, quam pauciores incorruptibiliores sunt, at cum unus iudicat, sic ira, vel alia huiusmodi perturbatio vincat, necessariù est iudicium corrumpi; sed in multitudine difficile foret omnes irasci, atque deviare, ait enim textus in cap. de quibus 20. dist. quòd facilius invenitur quòd à pluribus exquiritur, & idem tex-

tus in l. fin. Cod. de fidei commissis late Tiraquel. de penis causa 51. numer. 63. qui nostri textus meminit.

Ibi, Extra, Quæ dictio importat remotionem, & separationem l. absentem, ff. de verb. significatione. Bart. in l. 1. §. 1. in fine ff. de officio præfati. Ioann. Andr. in cap. statutum, nu. 9. de rescriptis lib. 6. & ibi Geminianus in §. In nullo, num. 2. ubi dicunt, quòd etiam sumitur pro dictione præter, ponitur etiam dictio extra pro contrario ad dictionem intra, ut quòd non est intra, censetur extra l. 1. §. si autem, ff. de aqua quotidiana, & astiva Alciatus cons. 1. nu. 11. lib. 2. late Thuschus tom. 1. conclus. 280.

CAP. Quia. VI.

SYMMARIUM.

1 *Privilegia Metropolitanani.*

2 *Consuetudo immemorialis privilegium inducit.*

3 *Aggressor quando suum aggressorem potest occidere.*

IN textu. Cuius littera est obscura, si credimus Bellamera in præsent. & Turrectem. in principio, qui colligunt quòd Metropolitanus debet à suis suffraganeis consecrari, & non ab alijs. Hæc enim sunt privilegia Metropolitanorum, ut consecrent suos episcopos, & provincialium, ut consecrèt suos Metropolitanos, de quo vide Ancharanum in cap. nullus num. 5. de iure patronat.

In Glossa verbo, Antiquitas.

Dum dicit, quòd consuetudo privilegium inducit, intellige dum tamen sit immemorialis. Anton. Gabriel de præscript. conclusione 1. Casan. in consuetud. Burgund. Rubrica 1. col. 99. & in Catalogo gloria mundi, 8. part. consideratione 20. Covar. in cap. cum in officijs num. 9. de testam. Antonius Gom de contractibus cap. fin. num. 27. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 6. num. 11. Marsil. sing. 8. Valase. de iure imphyt. quest. 8. num. 36.

In Glossa verbo. Patiamini.

Aggressor quando suum aggressorem potest occidere, sunt videndi Dec. cons. 459. Boer. decis. 168. num. 6. Aloys. Riccius collect. 792. & 296. & vide novissimè Vincent. Filliucium tom. 2. tractat. 29. cap. 3. à num. 34. usque ad 42. Potest etiam aggressorem innocentis occidere, nec ex hoc incurritur irregularitas Vincentius Filliuc. in summa tom. 2. tractat. 20. capit. 5. de tertia specie irregularitatis nu. 158.

num. 158. & 159. Contra Navarr. cap. 27. num. 213. & Sylvest. verbo, homicidium 1. quæst. 9. & quando præsumatur aggressor, Tirag. de pœnis causa 62. Corta in memorabilibus, verbo, mortuus. Boerius decis. 237. Alciatus regula 3. præsumptione 39. Menoch. de arbitrat. casu. 363. & Mascard. de probat. conclus. 1228, & 1244. Quomodo autem probetur quod quis fuerit aggressor, late explicat Farin. in præxi crimin. part. 5. quæst. 125. num. 436. cum sequent. Menoch. remed. 9. recap. num. 47. & de præsump. lib. 5. præsump. 3. num. 13.

CAP. Episcopum. VII.

SUMMARIUM.

- 1 Verbum, oportet, quid significet?
- 2 Subscriptio presentium quare requiratur in electione?

IN textu, ibi, Oportet. Quod verbum designat necessitatem, quandoq; honestatem, quandoq; officium Glossa 1. in cap. 1. 25. quæst. 1. & cap. vi. quis duas 25. verbi. oportet de electione, cap. 1. de libelli oblatione. Glossa verbo, oportet in cap. 1. de præscriptionibus lib. 6. Glossa, verbo, oportet in cap. cum ab uno de sententia, & reiudicata, eodem lib. & utrobique; Doctores l. 3. §. Eos, ff. de muneribus, & honoribus, l. 1. §. diuus, ff. de sepulchro violato.

Ibi, Subscriptions. Vocat præsentia, epistolas, vel litteras, quibus absentes suum significant affectum, sed dubitatur ad quid exigatur scriptio presentium? Respondet Turrecr. quod ad cautelam, ne quis scrupulus, vel retractatio posset oriri.

CAP. Illud. VIII.

SUMMARIUM.

- 1 Dicitio, generaliter, quid significet?
- 2 Littera textus exponitur.

IN textu, ibi, Generaliter. Quæ dicitio dupliciter sumitur; aliquando indefinite, sine ulla coarctatione, veluti si detur generaliter potestas Prioribus civitatis in omnibus

agendis, Bald. cons. 379. Quando super facto, num. 4. lib. 3. Aliquando cum quadam limitatione, ut quando alicui conceditur generaliter arbitrium super administratione, & gubernatione navis, quia tunc extra negotium navis illa generalitas nihil operatur Bald. ubi proxime numer. 5. verbi. Secundo post illum Tuschus tom. 2. littera D. conclusione 182.

In fine, textus, ibi, Episcopum non esse. Non intelligas hoc quantum ad consecrationem, & characterem, sed quantum ad executionem episcopalis officij, nisi dispensative agatur cum eo, ut post Hug. tradit hic Archidiaconus. Vel ideo dicitur, quod repellendus venit ab episcopatu, quia se impegit, cap. qualiter de electione advertit Turrecr. in præsentia.

DISTINCTIO. LXV.

CAP. Sanè. I.

SUMMARIUM.

- 1 Iudicandum est secundum communem opinionem.
- 2 Impetus omnia mala ministrat.
- 3 Dicitio, aliàs, summitur in bona significatione.
- 4 Causam contradictionis non assignans, habetur pro consentiente.

IN textu, ibi, Comuni consensu.

Notat Marian. Socin. consil. 1 num. 146. & ex illo deducit, quod debet iudicari secundum communem sententiam Bart. in l. fa. Cod. de pœna iudic. qui male iud. textus in l. 1. ff. de officio quaestor. ibi, Crebrius apud veteres, plura congerit Cornuus cons. 186. Quamquam præsens consultatio, col. 1. vol. 3. qui etiam nostri textus meminit Gregor. Lopez part. 1. tit. 14. l. 10. Glossa 1. Ratio autem ob quam secundum communem sententiam fit iudicandum, est quia illa præsumitur verior, opinio, & ideo in iudicijs sequenda, quæ à maiori Doctorum parte crebrius recipitur, ut textus in l. athletas 4. in principio, ff. de his qui notantur infam. & in l. ita vulneratus 51. in principio, ff. ad leg. Aquiliam. Tiraquei. de pœnis temper. causa 51. n. 63. cum sequent. Bernard. Graveus ad præct. camera imperial. lib. 1. concl. 153. consil. 1. num. 5.

In Glossa

2 In Glossa verbo, Animositate, ibi, Impet' cuncta mala ministrat. Idem textus in cap. 34. inter hac, de panit. dist. 3. & ita deliberatio omnibus est necessaria, quæ in discussos hominum calores potest refrigare, cap. 28. anteriorum, 2. quest. 6. & sunt tituli in iure civili de iure deliberandi, ut in ff. lib. 28. tit. 8. & in Cod. lib. 6. tit. 30.

3 In eadem Glossa, ibi, Aliàs. Dicitio aliàs sumitur in bona significatione, cap. quisquis 87. dist. & quomodo ponatur Bertachin. in Repert. 1. part. verbo, aliàs fol. 89. Prapof. in §. aliàs num. 1. 24. distin. & natura huius dictionis est excludere vitium, vel qualitatem, cui adiungitur, & alia includere Glossa magna in Clement. quod circa, de elect. circa med. Gemin. cons. 88. col. penul. vers. Natura enim.

4 In Glossa, verbo, Contradicat. Quatenus probat, quod causam contradictionis non assignans, habetur pro consentiente, cap. 1. §. Quocirca. de ijs, que sunt à maiori parte, cap. Nicæna 31. dist. & vide de materia, quæ tradit Iusehus tom. 2. littera. C. conclusione 747. & 749. & 751. Hippolit. in l. 1. §. Præterea num. 2106. ff. de quest. qui nostræ Glossæ meminit.

C A P. Non debet. II.

S V M M A R I V M.

- 1** Presentari quis potest per litteras, nisi presentia personæ requiratur.
- 2** An credatur litteris, sine adminiculo testium?

In textu, ibi, Per epistolas. Ex quo nota quod presentari quis potest per litteras, idem habetur in l. procuratorem, ff. de procurator, nisi presentia personæ requiratur, ut in contrariis allegatis in Glossa, ubi electa est industria, & persona argum. cap. is, cui 12. de officio delegat. l. inter artifices, ff. de solut. & vide Glossam verbo, litteris in cap. Episcopi supra 64. distinctione.

2 In textu, ibi, Faciant. Notat Decius in cap. post cessionem, num. 10. de probationibus, & per illud docet, quod creditur litteris sigillatis cum authentico sigillo, absque adminiculo testium in rebus peruenientibus ad officium sigillantis,

Innocentius in cap. 1. de fide instrumentorum, Bald. in Rubrica Cod. de fide instrum. vers. Secundum supplementum, tradit iudicatum Rota varijs in locis, teste eodem Decio. Hinc est, quod creditur litteris cum sigillo, in quibus iurisdictio demandatur Archidiacon. & Dominicus in cap. si à subdelegato, in principio, de officio delegati lib. 6. Cardinal. in Clement. 1. in principio, de procuratoribus, de quod latè idem Decius d. num. 10. cum quo ampliabis, & limitabis.

C A P. Episcopus. III.

S V M M A R I V M.

- 1** Consensus maioris partis an, & quando præiudicet?
- 2** Habentes rem communem, an possint super illa disponere, si omnes non consentiant?

In textu, ibi, Plurimorum. Ex quo collige, quod consensus maioris partis præiudicet; quod limitatur per Glossam: hic eodem verbo, & Felin. in cap. cum omnes, num. 15. de constit. & Bernard. Dias regula 449.

In Glossa, verbo, Plurimorum.

Collige quod habentes rem communem ut singuli, non possunt super illa disponere, nisi omnes consentiant. Glossa 3. in cap. Archiepiscopus, de temporibus ordin. & in cap. quia verbo, Vice omnium, de electione. Glossa in cap. cum omnes, de constitutionibus, l. per fundum, ff. de servit. rustic. l. si quis hoc, §. Quoties, ff. qui, & à quibus. Recipit autem ista regula quinque fallentias, de quibus Glossa, in presenti, & in d. cap. cum omnes, & in cap. si plures, 16. quest. 7. latè Felin. in d. cap. cum omnes, num. 15. qui nostræ Glossæ meminit.

C A P. Persona. IV.

S V M M A R I V M.

- 1** Metropolitanus refert Primati consecrationem suffraganei.
- 2** Metropolita quis dicatur?
- 3** Pæna statim debet executioni mandari, & quando possit differri?

In tex-

IN textu. Ex quo nota cum Præposito hic, quod Metropolitanus debet referre Primati consecrationem suffraganei. Primates enim alicubi locum Patriarcharum tenent, ita ut non nisi nominis sono differre videatur c. 1. 2. & 3. infra 99. dist. Primates adhuc, & Patriarchæ in provincijs proprijs quibus præsunt pro Metropolitanis sunt, l. sancimus 29. §. fin. C. de sacrosanct. ecclesijs.

Metropolita idem est, quod Archiepiscopus, à numero, seu (ut ait Isidorus) à mensura civitatum appellatus, quod sub sua potestate debet habere decem, aut duodecim episcopos, sicut provinciæ decem, aut duodecim civitates, cap. scitote 6. quaestione 3. vel clarius Metropolita dicitur, qui in matre, seu præcipua civitate provinciæ sedem habet, unaquæq; enim provincia solet unam civitatem habere cæteris præstantiorem, & matricem, nisi & alteri privilegio præ eminentia quoque indulgeatur, l. 1. Cod. de metropolis lib. 11.

IN Glossa, verbo, moræ. Ex qua collige, quod pœna ubi est imponenda, nulla mora debet differri, sed statim executioni debet mārari. Idem textus in cap. sicut 2. q. 1. & cap. cum apud 11. q. 3. & cap. Adam 80. de pœnit. distin. 1. & an, & quando executio sententiæ differatur, sunt videndi Cepol. cautela 2. Castin. in consuetud. Burgūd. Rabr. 1. §. 5. num. 124. Julius Clar. in pract. crimin. quaest. 97. & 98. Blanch. in pract. crimin. fol. 154. & Hyppolit. de Marsil. similiter in practica cap. 23. num. 5. Covar. practicar. cap. 23. num. 5. & in regula peccatum in principio, num. 5. Practica Lusitania lib. 3. cap. 21. à num. 18. & lib. 5. cap. 1. num. 99. Aloys. Riccius collect. 386. 1257. & 1924.

C A P. Placet. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Carthaginense secundum quando celebratum?
- 2 Consecratio episcopi non tenet inconsulto Primati.
- 3 Consecratio episcopi debet fieri ubi voluerit Metropolitanus.

IN superscriptione, ibi, In Concilio Carthaginensi secundo.

Celebratum era 428. 14. Kalend. Iunii circa tempora Siricii Papæ in quo præfuit Gennadius episcopus, refertur 1. tom. Conciliorum

fol. mibi 500. sub Valentiniano Augusto 4. & Theodosio.

In textu, ibi, Inconsulto.

Ex quo nota, quod inconsulto Primati consecratio Episcoporum suffraganeorū non debet fieri, quia cum sit caput provinciæ sine eo consecratus non recipit executionem, secundum Innocet. in cap. Nec episcopi de tempor. ordinat. nu. 2.

Ibi, Quocumque. Consecratio debet fieri in quo-

cumq; loco, vbi voluerit Metropolitanus c. qui in aliquo 51. dist. & cap. si quis 8 infra hac eadem dist. Stephan. Quaranta in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, n. 4. vers. Septima auctoritas.

C A P. Mos. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Constantinopolis olim erat urbs Regia, nova Roma, cōmunis patria? & n. 2.
- 3 Sedes prima, est Romana, secunda Constantinopolitana.
- 4 Patriarcha Constantinopolitani contēderunt cum Papa de primatu sedis.

IN textu, ibi, Parilis. Ex quo colligitur, quod

Romana ecclesia est in quibusdā similis Constantinopolitana, & pro ea ponitur, ut ait Glossa verbo, Romanorum in cap. sane 24. q. 2. cū patriarcha in suo patriarchatu habeat eandem potestatem consecrandi episcopos, quā habet Romanus episcopus ut hic Præposit. Constantinopolis enim olim erat sedes Imperij, urbs Regia, nova Roma, cōmunis patria, ut Roma, ut tenet Restaurus de Imperatore quaest. 77. n. 7. & 8. fol. 63. in vol. 12. tractat. Vnde ineptè ex nostro textu execrabilis Brutus nititur probare, non omnes personas subesse Romano Pontifici in spiritualibus, pro ut illum refert Marta de iurisdic. p. 1. cap. 10. n. 8. sed verba nostri textus nihil pro eo concludunt, nō enim valet cōsequētia, episcopus Alexandrinus habeat curam Aegypti, &c. Ergo eximitur à iurisdictione Pontificis, quia Romanus episcopus habet curā universalem omniū, quam exercet per sibi subalternatos episcopos. Paschasius enim episcopus in Concilio Chalcedonensi actione 16. sic citat hunc Canonem: Ecclesia Romana semper habuit Primatum, mos autem perdurat; advertit Martha de iurisdiction. p. 1. cap. 15. num. 2. & sequentibus & vide latè Covar. lib. 4. variar. cap. 14. n. 11. post med.

Neque obstat verba nostri textus ibi, Parilis mos, quia nō referuntur ad auctoritatē universalem Pōtificis, quā super alias ecclesias ex iure, &

Q d d à Christo

Christo habet, sed tamen ad illam particularem ordinandi potestatem, quam iuxta mores metropolitanam in suis provinciis exercebatur; hæc enim ex more antiquo erat, ut quilibet metropolitanus, vel Patriarcha in sua provincia, ad electi, & populi electionem episcopos confirmaret, ordinaret, consecraret, sacramentalia conferret. Nec verba repugnant, quin censeatur Pontifex maior in primatu, licet par sit in hac ordinandi potestate, exemplo Apostolo um, qui ut dicit textus in *c. in novo 21. dist.* cum Petro pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsum tamen eorum Principem esse non dubitatur; prosequitur eleganter *Bursarius tom. 1. cons. 109 num. 33.* & sequentibus, præcipue *nu. 38.* Alij exponunt *paris*, id est *similis*, ut quemadmodum omnes obediunt Romano, simili modo in Ægypto Alexandrino pareant, ut innuit *Glossa in presenti Bursarius, n. 43.* quem late videbis, & *nu. 44.* veram nostri textus litteram reponit.

3. Atque sub Phoca Imperatore, & Bonifacio III. aperte declaratum iterum primam sedem esse Romanam, secundam Constantinopolitanam, ut scribit *Paulus Diacon. lib. 4. historia Longobardica, cap. 21.* & *Beda de temporum ratione.* Repetita nihilominus a quibusdam alijs Patriarchis hæc ambitio, & superbia, sed pluribus concilijs, & sacris comitijs compressa, & iudicatum primatum sedis Apostolicæ, & Romanæ, scripsit *Iraneus lib. 5.* & in Concilio Palæstino confirmatum, scripsit, & *Tertullianus de præscript. contra hæreticos, & lib. de pudicitia, Cyprianus lib. 1. epist. 8.* & *lib. 3. epist. 11.* & *lib. 4. epist. 8.* & tract. de simplic. *Declari Origen tractat. 5. in Matth. humilita. 17.* *Beda in historia sacra: Benedicti. Carolus Magnus lib. de imaginibus. Damascenus lib. de defunctis,* & fuit dictum ante secundam synodum Nicœnam. *Covar. lib. 4. variat. cap. 1. num. 11.* qui latissime.

4. Imò cum aliqui patriarchæ stultè contēderent de primatu sedis cum summo Pontifice, non ea fuerunt superati. Sic Anatolius Patriarcha habuit in eo oppugnatorem acerrimum summum Pontificem Leonem, ut eius epistolis. ad Anatolium indicat, & epistola 52. & 53. Marciano Imperatori, & Pulcheriæ Augustæ scriptæ, & controversiam sopierunt. Quæ ab eodem tempore Pelagij, Ioannes, & qui ei successit Cyrillus Patriarchæ Constantinopolitani, qui & primatum ausi sunt sibi usurpare supra sedem Romanam, habuerunt contrarium defensorem Gregorium primum, ut patet ex epistolis eius lib. 4. epist. 76. 78. & 80. & *lib. 6. epistola 168. 169. & 170.* & vide quæ ex hoc contextu deducat *Barr. in repetitione l. de quibusdam, 18. ff. de legibus Narbona in relectione cap.*

5. *lib. 6. part. 2. fundamento 1. numer. 10.* & *lib. 6. part. 2. fundamento 1. numer. 10.* & *lib. 6. part. 2. fundamento 1. numer. 10.*

CAP. Quoniam. VII.

SYMMARIUM.

1. Hierusalem multipliciter fuit vocata.
2. Dicitio, tamen, quid significet?

IN textu, ibi, Eliæ id est, Hierosolymorum.

Eliæ vocata est civitas Hierosolyma, ab Elio questore, qui situm civitatis mutavit, ut *Glossa* autumat, sequitur *Turrecremata in præsentia*, sed melius dicitur ab Elio Adriano Imperatore. Nam cum Hierusalem esset Iudæorum gente orbita, & veteribus incolis profusè ditissima, genere frequētata exterorum hominum, deinceps cum esset à Romanis occupata, nomen commutavit, & ad honorem Elij Adriani Imperatoris, qui eam divicit, illustrandum, Eliæ appellata est, ut tradit *Rufinus. cap. 7. Eusebius in historia ecclesiastica lib. 4. cap. 6.* Fuit enim Hierusalem urbs Iudææ, totius Orientis clarissima, de qua meminit *Cicero pro Flacco, & Suetonius in Nerone.* Salem etiam dicitur *Genesios 14.* Nuncupata est etiā *Iebus*, quia post *Melechisedech* *Iebusæi* eam possederunt. *Iosue capit. 5. Iudicum cap. 19.* Dicitur etiam *Solima* à *Salomone*, qui in ea pulcherrimum templum Domino construxit.

Ibi, Tamen. Quæ dicitio est adversativa, ideo applicatur adversativæ dispositioni *Bald. cons. 195 laudare vos, num. 11. vers. Secundo lib. 2.* atque ex sui natura restingit omnia præcedētia *Bald. ubi proxime, nu. 12. vers. 3. sequitur. Tuschus tom. 2. littera D. conclusionē 387. Johannes Petrus Binius cons. 159 n. 10. & 11. tom. 2. Carolus Ruinus cons. 2. nu. 9. vol. 2. & cons. 1. nu. 12. vol. 4. per textum in l. & hæredes, §. quid tamen. ff. acquirēda hereditate.*

CAP. Si quis. VIII.

SYMMARIUM.

1. Cōsecratus absente Metropolitano, debet eū infra duos menses visitare quod amplia.

2. Pœna non visitantium limina, & ubi dicantur limina?

3. Infirmus, nec iusto impedimento detentus, non tenetur visitare Metropolitanum, & quæ impedimenta excusent?

In textu

IN textu ibi, Impletis duobus mensibus

Probat textus quod episcopus consecratus, abente metropolitano, licet de eius commissione, debet eum infra duos menses visitare, ut tenet *Præpos.* hic, quod ampliandum videtur in episcopis Italiae, qui singulis annis limina Apostolorum visitare debent, *cap. iuxta 93. dist. cit. in Glossa hic, verbo, impletis in fine.* Sed hodie est Bulla Sixti V. publicata Romæ die 20. Decembris 1585. apud *Quaranta*, verbo, *Apostolorum limina, & Ioann. Francisc. Leo in Thesuro fori ecclæs. 3 part. cap. 8. de suspensione n. 56.* ubi habetur quod patriarchæ Primates, Archiepiscopi, & Episcopi Itali, tertio quoque anno; Hispani, Galli, Germani, Bohemi, Ungari, Poloni, Angli, Scoti, Hiberni, & ceteri omnes, qui in Europa sunt citra mare Germanicum, & Beticum, ac omnium Insularum maris Mediterranei quarto anno, & qui intra Europæ fines sunt his provincijs remotiores, atque etiam Africanis littoribus nostris adversi, ac insularum maris Oceani, Septentrionalis, & Occidentalis Europæ, & Africæ, citra continentem novi orbis quinto anno. Asiatici verò, & qui extra Asiam, & alijs novis terris Orientalibus, meridionalibus, Occidentalibus, & septentrionalibus, tam in insulis, quam in continentibus, & denique in quibuslibet mundi partibus, decimo quolibet anno à tempore suscepti muneris, consecrationis, vel pallij traditionis, sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli limina visitare tenentur.

Alioquin ab ingressu ecclesiæ, ac etiam ab administratione tam spiritualium, quam temporalium; nec non à perceptione fructuum suarum ecclesiarum, à capitulis eorum, omni exceptione, & mora cessante, interim exigendum, & in opus fabricæ, seu ornamentorum ecclesiæ emptione, pro ut maior necessitas exegerit infumendorum ipso facto tandiu sunt suspensi, donec à contumacia resipiscentes relaxationem suspensionis huiusmodi à Sede Apostolica meruerint obtinere, ut in *2. part. Bullar. cap. 17. §. ad hoc autem, & §. iubemus pag. 47.* & sunt visitanda loca ubi est Papa, & non ubi sunt sancta corpora, ut ex *Abb in cap. Ego N. nu. 6. ubi Felin. num. 9. de iure iur. & alijs tradit Gonzales ad regul. 8. Cancellar. Glossa 13. §. 1. n. 9.* quia ubi est Papa, ibi dicitur esse Roma ut ibi, *Gonzales num. 3.*

Ibi, Infirmirate. Ex quo nota limitationem ad conclusionem, quam supra attulimus, nepe quod infirmus non teneatur visitare metropolitanum, si infirmitas sit gravis, idem probant *textus in cap. si egrotans 5. q. 3. c. querelam de procurat. l. questum 60. de reind.* Idem est si alio iusto impedimento detineatur *cap. pervenit, cap. Episcopus 18. dist. cap. pervenit, 80. dist. c. quia diversitatem, de concessione præhendæ, ut si metu, vel ob inimicitias capitales venire deterreatur, c. bona memoria de elect. cap. ex parte 47. de appellat. cap. sive 33. q. 2. l. si locus 59. de iudic. vel si adversa navigatione impediatur l. fin. ad l. Rhod. de iactu. vel si obsessus esset in aliquo castro, quo egredi non posset; & quæ dicantur iusta impedimenta, quæ excusent? Vide *Glossa, verbo, in necessitatibus in cap. pervenit, 5. 18. dist. & cap. 11. qui de consecrat. dist. 4.**

CA P. Forte. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Plures periti an debeant adhiberi, an sufficiat unus?
- 2 Par in parem an, & quando habeant imperium?
- 3 Tacens quando consentire videatur? & numeris sequentibus.

IN textu. Quem citat Decius in cap. Proposui num. 10. de probat. & ex illo deducit, quod licet communis opinio dicat, quod quando requiritur peritia, si plures periti in loco reperiantur, plures debent requiri, sicut in simili de alia provincia convocantur episcopi, & idem in testibus qui de loco ad locum transmittuntur l. si quando Cod. de testibus c. constitutus, de fidei iuribus, & in subsidium uni non creditur: ipse tamen Decius contrarium tenet per textum in §. quod autem vers. Neque ibi, Aut etiam unus, si unum solum civitas habeat in Authent. de non alienand. Bart. in l. 1. in principio, ff. de ventre inspiciendo. Nec obest noster textus quia ad illum respondet *Alexander in l. r. §. fin. de verborum obligat.* quod cum hic requirantur duodecim episcopi, mens legislatoris fuit, quod episcopi vicini vocarentur, quia non est verisimile tot episcopos esse in una civitate, sed istam rationem rejicit Decius d. nu. 10. vers. Nec obstat, & aliam tradit, nempe quod in præfenti erat facta determinatio personarum, quæ requiruntur; unde eum essent necessaria, secundum numerum taxatum, si non sunt in loco, vocantur ex vicinis locis, ut numerus impleatur.

In Glossa, verbo, Convocet, ibi, Par in parem. Par in parem an, & quando habeat imperium, ultra Glossam hic, vide *Iacob de bello visu in præct. iudic. titul. de fuga reorum numer. 63. vol. 4. tractat. fol. 50. impressione antiqua, & l. ille à quo §. tempestivum ff. ad Trebell. l. nam magistratus, ff. de arbitra. l. precipimus, §. Penultim. Cod. de appellat.*

pellat. l. digna vox. Cod. de legibus l. 1. in fine, ff. de alienat. iudic. mutat. causa facta, cap. innotuit. de elect. Surd. conf. 47. num. 11. & sequentibus Inl. Clar. in §. fin. quest. 38. nu. 3. vers. quero. Alex. conf. 7. n. 9. vers. praterea lib. 5. Nasta conf. 122. num. 9. Decis. Pedamont. 139. num. 20. Bald. conf. 97. num. 1. lib. 3. & conf. 123. nu. 3. lib. 5. latissimè Tuschus tom. 6. littera P. conclusionem 89.

3 In Glossa, verbo, Tacuerit, ibi, Alibi pro consentiente. Idem regula qui tacet 43.

ubi Dynus de regul. iuris in 6. & l. qui tacet ubi Decius, ff. de regul. iuris. Damas. reg. 47. Aloys. Riccius Collectan. 1040. Quam regulam amplia etiam in iudicialibus, ut tacens semper præsumatur consentire Bart. in l. 1. de appellat. in l. qua dotis nu. 68. ff. soluto matrimonio Gerard. singul. 36. & patientia cum taciturnitate inducit consensum in casu posito, per Hyppol. de Marsil. singul. 77. Patientia, & singul. 330. & 344. Fallit. 1. in præiudicialibus l. 8. §. invitus, ff. de procurat. Guido singul. 1008. & Roman. singul. 588. Abb. in cap. pervenit in fine de empt. & vendit. Quod tamen sublimita, nisi taciturnitas redundaret in favorem piæ causæ; quia tunc præiudicat, ex Tiraquel. de privilegijs piæ causæ, privilegio. 131. & de retractu Lign. §. 1. Glossa 9. a num. 50.

4 Fallit. 2. quando esset aliqua coniectura nō contradicendi, ut quia iusta erat causa erubescenz, ut in l. penult. ff. de furtis, quam sic intelligit Glossa d. §. invitus, vel quia tacens etiam si contradiceret, nō posset actum impedire, iuxta l. sape, ff. de reiudic. Idem de coniectura metus reverentialis, voluit Bart. in d. l. qua dotis, num. 23. reprobatus per textum in cap. 1. §. ult. de dispensat. impub. in 6. Fallit. 3. si talis consensus pro solemnitate esset necessarius, tunc enim taciturnitas non sufficeret iuxta cap. penult. de reiudic. in 6. voluit Tiraq. l. 16. connubial. Glossa 5. num. 5. Ias. in d. l. qua dotis num. 113.

5 Fallit. 4. in actu, qui procedit per viā facti tunc enim non datur occasio ita vehemens contradicendi, ac proinde consentire non videtur, textus in l. invitum ff. de servit. & ideo qui videt rem suam possidere, & non contradicit, non ob id consentit ex tit. de præscript. ultra hæc vide quindecim fallentias per Capr. reg. 56. nu. 40. & lex per Ias. in d. l. qua dotis, num. 69. & quando patientia in iudicijs habeatur pro cōsensu, Bart. per textum ibi in l. 1. Cod. de relat. Felin. citatus, per Pinel. in l. 2. 3. part. cap. 3. num. 27. in fine, C. de rescind. vendit. Petrus Gregor. lib. 2. partitionum iuris Canonici tit. 13. cap. 3.

DISTINCTIO. LXVI.

CAP. Archiepiscopus. I.

S V M M A R I V M.

1 Suffraganei omnes debent interesse consecrationi sui Archiepiscopi.

IN textu. Collige ex illo, quod omnes suffraganei debent interesse consecrationi sui Archiepiscopi, idem tenent textus in cap. qui in aliquo in fine 51. dist. cap. si Archiepiscopus 6. cum sequentibus, de tempor. ordin. Stephanus Quarant. in summa Bullar. verbo, Archiepiscopi auctoritas, num. 4. vers. 6. Gregor. Lopez. part. 1. tit. 5. l. 28. Glossa 1. qui textus meminit; nā quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari; cap. 1. 54. dist. cap. licet 8. quest. 1. regula quod omnes, 29. de regul. iuris in 6. Azaved. ad Curiam Pisana, lib. 2. cap. 14. littera B. ubi textum citat. hodie verò Papa consecrat omnes Metropolitanos, vel suo mandato iubet consecrari, Glossa in cap. fin. 2. dist. per cap. pudenda, 24. quest. 1. Item, & Patriarchas, & Cardinales Glossa, verbo, Apostolica in d. cap. pudenda.

CAP. Porro. II.

S V M M A R I V M.

1 Vtrum ad consecrationem Episcopi, tres Episcopi requirantur?
2 Iacobus fuit primus Archiepiscopus.
3 Apostoli fuerunt Episcopi, & an essent sacerdotes vivente Christo
 num. 4.

IN textu. Collige ex textu ad rationem consecrationis episcopi pertinere ut fiat à tribus episcopis, de quo latè agūt Azor tom. 2. instit. moral. lib. 3. capit. 30. vers. Quæret item, Henric. in summa lib. 10. cap. 7. num. 3. optimè Vasquez de ordine disput. 243. cap. 6. Controversia tamen est, utrū ad hanc ordinationem ita tres requirantur, ut si fiat à paucioribus, nulla omninò sit ordinatione; de quo sūt vidēdi Antoninus in summa part. 3. tit. 14. c. 16. §. 9. post medium Sylvester. verbo, consecratio. 1. in principio Armilla eodem verbo, nu. 2. Glossa in c. Ne episcopi de temporib. ordinationū latè Vasq. ubi proximè, n. 59. & se-

& sequenter ubi num. 64. nostri textus meminit. Vide etiam quæ dixi supra, cap. De abiectio-
ne 64. dist. num. 2.

2 In textu, ibi, Iacobus. Ex quo nota quod Iacobus, qui dicitur iustus, seu frater Domini nostri Iesu Christi, (vel quia fuit consimilis Christo in facie, vel quia fuit filius Alphei fratris Iosephi viri Beatæ Mariæ) fuit primus Archiepiscopus Hierosolymorum ordinatus, & electus ab Apostolis, teste Anacleto epistola 2. ad episcopos Italia, consecratus per sanctum Petrum, Iacobum maiorem, & sanctum Ioannem fratrem suum. Hugo de Cefso in Repertorio verbo, Archiepiscopo, num. 3. ex l. 28. tit. 5. part. 1. & hunc textum inducit Caiet. de authoritate Papa cap. 2. post med. ad quæst. Vtrum Apostoli parem potestatem habuerint immediatè à Iesu Christo cum Petro? De quo diximus in cap. in novo 21. dist.

3 In Glossa, verbo, Ordinatus, ibi, Ergo Apostoli fuerunt episcopi. Idem tenent Ludovic. in addit. ad tract. de potestate Papa nu. 10. vol. 14. fol. 355. & Anton de Rosel. de potestate Imperatoris & Papa nu. 22 fol. 328. eodem vol. in impressione antiqua; eleganter Caietan. de author. Papa cap. 4. vers. ad authoritates, qui nostræ Glossæ meminit, & de quæstione latè disputat. Turrecrem. in presentis nu. 1. vers. Respondeo.

4 In eadem Glossa, ibi, Apostoli erant simplices sacerdotes. Quod Apostoli, vivente Christo, non fuerunt, nisi simplices sacerdotes, Selva de beneficio part. 1. q. 4. num. 17. & 31. & nomina sacerdotum, & episcoporum erant synonyma, ut notat Glossa, verbo, postea in cap. legimus 93. dist. & ex textu in cap. Olim 95. dist. Anton. de Rosellis in tract. de Concil. quæst. Pontifex an possit contra Apostolum, num. 34. fol. 43. vers. in vol. 2. Tractat. Verum postquam schismata oriri ceperunt in ecclesia, & alij dicerent, Ego sum Pauli, ego Apollò, ex presbyteris unus electus fuit in singulis maioribus civitatibus, qui alijs præfesset; dictusque solus episcopus cap. legimus 93. dist. à quo tēpore simplices presbyteri episcopi dici desierunt, nisi ad id munus ordinati fuissent. Eusebius lib. 6. cap. 3. & in historia tripartita lib. 4. cap. 24. Sunt enim duo ordines à Dño nostro Iesu Christo constituti, discipulorum, & Apostolorum, in locum discipulorum successerunt presbyteri; in locum Apostolorum episcopi, & pro patribus nati sunt filij, iuxta Psalm. 44. & ibi Augustinus, id docet, & refertur in cap. Dominus 93. distinctione, cap. urbes 12. quæstione 1. cap. in novo 21. dist.

DISTINCTIO. LXVII.

CAP. Reliqui. I.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ordinantes, & ordinati debent esse ieiuni.
- 2 Dictio, multa, verificatur in duobus, vel tribus.

I N textu, ibi, Ieiunantes. Ex quo collige, quod ordinantes, & ordinati debent esse ieiuni; idem habetur in cap. 4. quod à patribus 77. dist. & cap. ut episcopi 6. de consecrat. dist. 5. & Ioann. Franc. Leo in thesauro sacri ecclesiast. 1. part. cap. 4. num. 20. in fine, idem est in celebrante missam, cap. nihil contra 7. quæst. 1. cap. liquido 54. de consecrat. dist. 2. cap. ut ieiuni, & seq. de consecrat. dist. 1. & de materia textus. Vide D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 38. art. 1. & q. 40.

In Glossa, verbo, trium, ibi, Multi possunt dici tres. Imò, & duo cum dictio multa non sit signum universale, sed verificatur in duobus, vel tribus tantum, ut tenet Ioannes Campoz. de petit. & restitut. dotis quæst. 46. num. 2. fol. 92. in vol. 6. Tract. in impressione antiqua, & in noviori tom. 9. fol. 274. Abb. in cap. ad nostram num. 5. de rebus eccles. non alienand. Multitudo tamē personarum non constituitur ex numero quatuor personarum ad effectum adunantiæ, & conspirationis prohibitiæ. Baldus cons. 319. nu. 2. lib. 2. Tuschus tom. 5. littera M. conclusio 427. adducit Bald. textum in l. fin. Cod. de testam. qui parum aut nihil facit, tu vide textum qui in terminis conducit in l. 4. §. 1. ff. de vi bonorum raptorum.

CAP. Episcopus. II.

S Y M M A R I V M.

- 1 Episcopus solus nō potest deponere presbyterum, nec Papa Cardinalem.
- 2 In depositione diaconi, & subdiaconi requiruntur tres episcopi, & quid in depositione episcopi?

D dd 3 In tex-

IN textu, ibi, Solus. Ex quo collige, quod episcopus solus non potest deponere presbyterum ut est textus in cap. felix 15. quest. 7. In depositione enim sacerdotis requiruntur sex episcopi, nisi quando fit propter hæresim, quo casu unus tantum sufficit, convocatis tamen Abbatibus, prælatis, religiosi, & litteratis diocesis cap. 1. & ibi, Glossa, & DD. de servis non ordinand. Amplia in Papa qui solus, non potest deponere ordinaria deponere Cardinalem, nisi, & collegium Cardinalium præstet assensum secundum Innocent. in cap. ex gestis de cleric. non residentibus secus de absoluta, & ita procedit, quod dicit Abb. ibi contrarius.

2 In depositione vero diaconi, & subdiaconi requiruntur tres episcopi, cap. miramur, ubi Glossa, & DD. de servis non ordinand. & in depositione clerici in minoribus unus episcopus sufficit, cap. 2. in principio de panis in 6. In depositione episcopi consecrati requiruntur duodecim episcopi, 2. & 3. questione 8 cap. fin. 2. questione 5. Glossa, & DD. in cap. non potest de re iudicata, præter proprium Metropolitanum cap. 1. & 2. 15. quest. 7. Si vero non est consecratus, sex episcopi sufficiunt cap. illud, & ibi, Glossa 23. dist. Archidiacon. in summa 3. quest. 8. num. 1.

DISTINCTIO. LXVIII.

CAP. Sicut. I.

S V M M A R I V M.

- 1** Baptizatus, & ordinatus morientes, si postea resurgant, non debent, iterum baptizari, vel ordinari.
- 2** Quod limitabis, nisi dubitent.

IN textu. Probat textus, quod semel baptizatus, vel consecratus iterum baptizari, vel consecrari non debet. Amplia in eo, qui resurrexit post mortem, qui non debet iterum baptizari, vel ordinari Guillelm. Benedict. in reper. cap. Raynuntius 2. part. verbo, Mortuo itaque testatore in 1. num. 324. & cit. per Petrum Cened. 2. collect. 171. num. 8. Baptizatus enim, & ordinatus etiam post mortem non desinit esse baptizatus, & ordinatus. Selva de benefic. 1. part. quest. 5. num. 161. per Glossam in cap. 2. 36. quest. 7.

Quod tamen intellige, si fuerunt baptizati, vel ordinati in forma ecclesie, aliàs male baptizatus, vel ordinatus, iterum ordinatur, & bapti-

zatur, cap. Raybertum 1. quest. 7. & Glossa hic verbo, Consecratus, Item in dubio, ut ait Abb. in cap. de quibus num. 1. 2. & 3. de baptismo. Præpositus in cap. seq. nu. 1. & quod tales tam ordinati, & baptizati incurrant irregularitatem, si iterum ordinentur, tradit Navarrus in Man. cap. 27. num. 247. Gregor. Lopez. part. 1. tit. 6. l. 20. Glossa 3. qui nostri textus meminere.

CAP. Presbyteri. II.

S V M M A R I V M.

- 1** Presbyteri non debent ordinari à non episcopis.
- 2** An Papa solo verbo, esto sacerdos possit creare aliquem sacerdotem?
- 3** Præsumatur quis in dubio potius non baptizatus?

IN textu. Qui agit de presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat episcopos non fuisse, de qua materia vide Soar. de censur. disput. 31. sect. 1. nu. 57. & disp. 40. sectio. 8. num. 4. Campanile diversor. iuris Canonici Rubr. 9. cap. 1. 2. & sequentibus.

Dubitabis an possit Papa solo verbo, sis presbyter, aliquem sacerdotem creare? Angel. in l. 2. Cod. de crimine sacrilegij, quem secutus est Felin. in cap. 1. num. 23. verbi fallit. 4. de constit. Et addit ad Abb. verbo, sis presbyter lit. A. in cap. Firmiter de summa Trinit. & fide Catholica §. Vna vero. Flamin. de resignat. beneficio lib. 8. quest. 5. num. 70. Marc. Anton. Cuch. in instit. Maior lib. 4. tit. 11. nu. 70. affirmative docent. Contrarium tamē asserit Abbas citat. & Rutilius Benzoni de anno Iubilæi lib. 2. cap. 27. Blas. Navar. de sacro Ecclesie principatu lib. 2. cap. 12. Henricus in summa tit. de Confirmat. in Gloss. dum, rejicit Scotum in 4. d. 7. questione 1. de Confir. versus finem, supponentem, Papam absentem posse consecrare episcopos solo verbo, de cuius mente alij videant. Fundamentum autem huius assertionis mihi stabile videtur ex eo quia Trident. sess. 14. cap. 3. de sacramento Vnct. loquens circa ministros quos vult esse Ecclesie presbyteros, subiungit eo nomine non ætate seniores, aut primores venire sed aut episcopos aut sacerdotes ab ipsis rectè ordinatos per impositionem manuum presbyterij ergo non solo verbo esto sacerdos, quis poterit ordinari. Deinde omnia sacramenta constāt ex materia & forma, quæ pro libito variari non possunt, ut salva illorum sit substantia, ait Trid. sess. 21. cap. 2. atqui in eo casu nec traditio calicis cum vino, & aqua, & patenæ cum hostia, nec im-

positio manuum ab ordinante, ut materia esset. Nec forma Accipe potestatem, & Accipe Spiritum Santum, & cæt. ergo talis ordinatio nulla foret. Tandem nullus minister ordinarius poterit id efficere ex commissione Summi Pontificis; prout nemo Doctorum adhuc ausus est affirmare, ergo neq; ob excellentiam de Summo Pontifice id esse possibile iudicabitur. Valet consequentia, quia non apparet quominus communicaretur ea potestas si foret in Pontifice.

In Gloss. verbo, Et consecrentur, ibi, Potius non baptizatus.

Probat, quod in dubio præsumitur quis potius non baptizatus, idem tenet *cap. Parvulos, de consecrat. dist. 4. Alciatus de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 4. n. 1.* & ideo *Arnon. cautela 25. gloriatur ex textu in cap. 1. de homicidio, in 6. se fecisse quendam homicidam evadere mortem, allegando quod occisus non erat baptizatus, cum unusquisq; nascatur sine baptismo; idem consuluit Decius conf. 184. à num. 4. de qua qualitate occisi nec dum probata, quod erat christianus, ut puniatur occidens pœna assassini, Cassan. conf. 1. nu. 23. in 5. questione. Cotta in memorabilibus, verbo, qualitas. Covar. 2. variat. cap. 20. nu. 10. vers. Quinto.* Sed licet, quod dictum est, procedat in vivo; tamen in mortuo præsumitur quis baptizatus, *cap. Si eos, de consecrat. dist. 4. ut suffragia Ecclesie ei profint, cap. Non estimemus, & cap. Anima, 13. quest. 2.*

CAP. Ecclesijs. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia semel cōsecrata non debet iterum consecrari.
- 2 Ecclesia polluitur ex copula inter virū, & uxorem.
- 3 Consecratio non est necessaria, quando pollutio est occulta.

IN textu. Iubet Nicœnum Concilium non deberi Ecclesiam semel consecratam iterum consecrari, nam sacrilegium est, circa subiectum repetere consecrationem, quæ eidem subiecto virtutem indelebiter inhaerentem producit; quia prædicta iteratio multum detrahit virtuti indelebili, quasi supponens posse tempore extinguiri. *cap. 2. de Sacramentis non iterandis, tradunt D. Antonin. in summa, 2. p. tit. 2. cap. 21. §. 5. Sol. in 4. dist. 3. q. 2. art. 3. §. Tertio arguitur. D. Thom. 3. p. q. 83. art. 3. ad tertium.*

In textu, ibi, Cuiuscūq; semine. 2

Vnde ex copula etiam licita habita in Ecclesia, qualis est inter virum, & uxorem polluitur Ecclesia consecrata, *cap. Accusatio, 2. quest. 7. Selva de benefic. p. 1. in 5. questione. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 257. Sol. in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. §. Ait quarto, curiosè Tiraq. in l. Connubial. l. 15. nu. 106. qui textus meminit, & Glossa, verbo, seminis, in cap. Vnico, de consecrat. eccles. vel altaris, lib. 6. ita ut indigeat reconciliatione per episcopum, cap. Aqua, 9. de consecrat. eccles. & ideo fuerunt sublata vigilie, quæ olim fiebant in Ecclesijs, ut Ord. lib. 5. tit. 5. ubi August. Barbof. nu. 3. & 4.*

Cessat tamen reconciliatio, quando pollutio est occulta. *Sylveſter, verbo, Consecratio, 2. §. 5. Scot. in 4. dist. 23. q. 5. vide Salzed. in pract. cap. 39. Sanches lib. 9. de matrimon. disp. 15. à num. 23.* Si verò Ecclesia non est consecrata, reconciliatur per simplicem sacerdotem. *Covar. lib. 3. variat. cap. 20. num. 3. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 251. Vivald. in Candelab. tit. de interdicto, nu. 84. Joann. Franc. Leo Episcop. Thelesin. in Thesaur. fori eccles. 1. p. cap. 5. nu. 9. 10. & sequentibus, ultra congesta per Petrum Cened. 2. p. Collect. 135. nu. 1. Quæ autem Ecclesie præsumantur consecrata, Mascardus de probationibus, vol. 2. conclus. 582. Cened. ubi proximè, num. 6.*

CAP. Quanvis. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Abbas nostri textus meminit.
- 2 Chorepiscopi qui fuerint?
- 3 Dicitio, Amplius, quid significet?

IN textu. Quem ponderat *Abb. in cap. Auditis, nu. 23. in præscriptionibus, &* ex illo deducit quod ea, quæ sunt ordinis episcopalis, per inferiorem præscribi non possunt, *cap. Quanto, de consuetudine, sed alia, quæ sunt iurisdictionis, sive spectant ad legem diocesanam, sive ad legem iurisdictionis possunt præscribi, meminit etiam nostri textus Gregor. Lopez part. 1. tit. 10. l. 12. Glossa 5. & part. 1. tit. 4. l. 7. Glossa 13.*

In textu, ibi, Chorepiscopis. 2

Erant autem Chorepiscopi olim presbyteri, qui in Pagis, aut oppidis curam animarū exercebant loco episcoporum, ut hodie fere faciunt parochi, *Chora, enim Grace, Pagum. Latine significat, quasi in Pagis, & in Villis, &*

loco episcoporum, atque eorum Vicarij sunt constituti, de quibus late agunt *Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de clericis, cap. 17. Henriq. in summa, lib. 10. cap. 23. §. 2. Petrus Gregor. Syntagm. iuris, lib. 15. cap. 12. num. 46. & sequentibus. Filliuc. tom. 2. tract. 9. de Sacramento ordinis, cap. 5. num. 103. & 104.*

3 In textu, ibi, Amplius. Quæ dictio est repetitiva præcedentium, *Signorolus consil. 208. Factum sic se habet, num. 3. vers. Præterea. Tuschus tom. 2. littera D. conclus. 246. latius conclus. 286. Paulus de Castro cons. 88. lib. 1.*

CAP. Chorepiscopi. V.

SUMMARIUM.

- 1 Chorepiscopi quare sint sublatis?
- 2 Nomine remoto, removetur vigor, titulus, & effectus.
- 3 Dictio, super, quid significet?

1 **I**N textu. In quo Damasus Lusitanus Pontifex (de quo vide posita ad cap. *Huic soli, dist. 17.*) Chorepiscoporum institutionem improbat, ut pravam, & sacris canonibus, & scripturæ contrariam; quia in illis nullum habet fundamentum, sed potius constat solos duos gradus maiorum, & minorum Sacerdotum Christum Dominum instituisse, nempe episcoporum, & presbyterorum. Porro ambitione crescente Chorepiscopi se pro episcopis gerebant, suoque officio non contenti audebant maiores ordines, & omnia episcopalia exercere, & aliquando consecrationem, quæ episcoporum est propria, extorquebant; & ideo merito eorum ordo à Pontifice in præsentem damnatus est; explicant post antiquiores *Conradus Brunus de ceremonijs, lib. 1. cap. 4. Carrança in summa Conciliorum, in Damaso, epistola 4. pagin. 77. Petrus Bollandus in economia Canonica, classe 3. cap. 2. §. 4. post multos Henriq. in summa, lib. 10. cap. 23. §. 2.*

2 In text. ibi, Nomen non habet.

A quo enim removetur nomen, removetur, & vigor, titulus, & effectus, l. à nullo, & ibi *Odofr. & Bart. C. de ferijs, & Nicolaus Everard. in Topicis legalibus. loco 4. ab ethymologia, nu. 1. quem etiam vide loco 113. à nomine dignitatis.*

3 Ibi, Super. Quæ dictio appositæ alicui solutioni super certa re, operatur, quod illa res dicatur hypothecata,

Bald. cons. 182. num. 2. lib. 5. ubi loquitur in donatione Regis Cypri. Quod etiam procedit in mutuo, & alio contractu celebrato, ut (si dico) me mutuare tibi decem super tali libro, liber est hypothecatus. Negusantius de pignoribus. membro 1. 3. partis principalis, nu. 5. ideo in pensione assignata super fructibus beneficij, fructus beneficij sunt hypothecati. Romanus cons. 388. late Tusch. tom. 2. littera D. conclus. 383.

CAP. Quorum. VI.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi dicuntur filij Ecclesiæ per baptismum, & alia Sacramenta.
- 2 Ecclesiæ dicitur multis modis.

IN textu, ibi, Filios genuit.

Ex quo collige, quod episcopi dicuntur filij Ecclesiæ per baptismum, & alia Sacramenta, *cap. Qui abstulerit, 12. q. 2. cap. Recurrat, 32. q. 4. & Ecclesiæ licet dicatur mater, cap. 1. de exceptionibus, & Glossa hinc, verbo, Ecclesiæ. Interdum tamen vocat episcopos patres, Durandus de modo generalis Concilij, rubric. 4. num. 28. quia eam protegunt, & defendunt, ut hinc Glossa, verbo, Patres. Vnde si episcopus Ecclesiæ non defendat, & sit inutilis, Ecclesiæ dicitur vidua, *cap. 2. §. Sed neque, de translat. episcop. Sicut vidua dicitur mulier, quæ habet maritum inutilem, Glossa, verbo, orbitatem, in l. fin. C. ad leg. Flavianam, de plagiar. de quo notavimus ad cap. Vidua, nu. 3. dist. 34. & nostrum textum notat Azor. part. 2. lib. 3. cap. 28. vers. Tertio queritur, in principio, ad hoc, quod episcopi dicuntur Apostolorum locum tenere. Gregor. Lopez. part. 2. tit. 10. l. 3. Glossa 7.**

In Glossa, verbo, Ecclesiæ.

Ex qua nota, quod Ecclesiæ dicitur multis modis notatis per Glossam hinc, in verbo, Ecclesiæ, *cap. Quærelam, 4. Ne prælati vices suas. & Glossam in cap. Cum clerici, de verbos. significat. Durand. in Rationali divinarum, 1. p. cap. 1. Sylvest. verbo, Ecclesiæ, 1. Petrus à Monte in Monarchia Conciliorum, in principio, post nu. 16. fol. 72. in vol. 2. tract. & Selva de benefic. p. 1. q. 5. nu. 1. & 38. vol. 15. tract. fol. 10. & 13. impressione antiqua. Interdum ponitur etiam pro beneficio, ut ait Hieronymus. Gonzal. ad reg. 8. Cancellaria, Glossa 4. num. 178. De alijs Ecclesiæ significatibus ad cap. Vidua ult. infra, dist. 81. plura dicenda non indigna, quæ videantur.*

DISTIN-

DISTINCTIO. LXIX.

CAP. Quoniam. I.

SUMMARIUM.

- 1 Abbates conferre possunt primam tonsuram suis subditis dumtaxat.
- 2 Parochus an possit conferre primam tonsuram?
- 3 Examinatio requiritur in benedictione Abbatum.

IN textu, ibi, In proprio monasterio. Ex quo collige, quod Abbates licet conferant primam tonsuram, non tamen alijs, quam subditis, ut Praposit. hic, nu. 1. ex cap. Cum contingat, de atate, & qualitate. Faber. decis. 21. C. de episcop. & cleric. Greg. Lop. partit. 1. tit. 6. l. 22. Glossa 2. qui nostri textus meminit. Sed Abbates nondum benedicti, illam conferre non possunt, secundum Innocent. in cap. 1. de supplenda negligentia pralator. Bertachin. de episcop. 2. p. lib. 3. nu. 9. in 2. vol. tract. fol. 156. & dict. cap. Cum contingat, & cap. Abbates, de privileg. in 6. Neque etiam si sint benedicti, possunt dispensare in interstitijs, sed debent petere ab episcopo, ut dispense attentis iustis causis. Augustin. Barbos. in remiss. ad Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 11. num. 5. ex Quaranta addit. in summa Bullarij, verbo, ordo, & Aloys. Riccius decis. 8.

2 In Gloss. 2. ibi, Credo quod sic.

Improbat Campanil. diversor. iuris Canon. rubric. 6. cap. 2. nu. 12. existimans Glossam docere, ut liceat cuicunq; simplici sacerdoti tonsuram conferre, quod etiam tribuit Innocentio in cap. Cum contingat, num. 1. de atate, & qualitate. Parochos etiam tonsuram conferre posse firmat, Abbas in cap. Quanto, nu. 9. vers. Quinimò de consuetudine, usus tamen Ecclesie resistit, & propterea eius sententiam iuste refellit Sor. in 4. dist. 25. quest. 1. art. 1. ad secundum. Campanil. d. nu. 12. De ratione ob quam tonsura in Ecclesiam fuit introducta, & eius significatione, vide eleganter Pasquez de Sacramento Ordinis, disp. 250. cap. 2. & quæ scripsimus ad cap. Non liceat, 32. num. 3. supra, dist. 23.

3 In Glossa, verbo, Impositio, ibi, Benedictio. Sed in benedictione Abbatum est necessaria exa-

minatio, secundum Archidiacon. hic nu. 6. ubi Praposit. nu. 2. in fine, & notant Innocent. & Hostiens. in cap. Venerabilem, de electione, præterquam in Cisterciensibus. Innocent. in cap. 1. de supplenda negligentia pralatorum.

CAP. Non oportet. II.

SUMMARIUM.

- 1 Exorcismus quid sit, & ad quem finem institutus?
- 2 Sententia illorum, qui affirmant exorcismis inesse virtutem naturalem ad fugandos demones.
- 3 Concluditur talem virtutem non esse naturalem, sed supernaturalem.
- 4 Ad quas personas spectet facere exorcismos; & utrum hæreticis, vel infidelibus concedatur demonia eijcere?
- 5 Vtrum ad exorcismos requiratur puritas conscientia?
- 6 Vtrum liceat exorcistis aliqua à demone interrogare? & num. seqq.

IN textu, ibi, Exorcizare.

Ut rem alius, & veluti à suo capite, & fonte deducamus, oportet prius dicere, quid sit exorcismus, ut aliquas deinde quæstiones non vulgares, nec passim tritas aperiamus. Igitur exorcismus idem est, quod adiuratio, & deducitur à verbo, exorciso, quod tam Græcis, quam Latinis significat adiutare, sive religionem iniicere, & metu temeratae religionis hominẽ, vel dæmonem perterrefacere, ipsiq; necessitatem imponere ea proloquendi, de quibus rogarur. Vnde apud Ulpian. l. 1. ff. de extraord. cogn. verbum, exorciso, proprium est impostorum, magorum, & incantatorum, teste etiam Plinio lib. 28. cap. 2. Nicol. Plove de Sacramentis, 1. p. cap. 5. num. 2. in vol. 14. tract. fol. 9. Petr. Gregor. lib. 16. syntagm. cap. 5. Petr. Thyreo p. 3. disp. de demoniacis, cap. 37. & sequent. Tertull. in apologetico, cap. 32. D. Augustin. lib. 10. de civitat. cap. 22. Egidio Bellano q. 71. dub. unico, num. 31. Canisio de Sacramentis in genere, fol. 176. Suar. tom. 2. de religion. lib. 4. cap. 1. Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 42. num. 16. & sequent. Isidor. episcopo Hispalensi, lib. 2. de officijs eccles. cap. 20. Exorcismus, inquit, sermo increpationis est contra immundum spiritum, per quem diaboli nequissima virtus, & inveterata malitia, vel violenta incursio expulsa fugetur. Sylvest. verbo, exorcista, Delrio

De his disquis. *magiar. lib. 3. sect. 8. & lib. 2. q. 30. sect. 3. Alberto Pio lib. 1. de perfecto illo. cap. 19. nu. 9. Josepho Iudaeo. un. scriptore. lib. 8. antiq. cap. 2. E. nono. Angeris cap. 4. lect. 5. de Sacramento bapt. fol. 404. Quid fuerit primus exorcismorum inventor, et inventor, iam supra diximus. *distin. 23. cap. 17. nu. 3.* ubi gravissimorum auctorum opinione, *secuti sunt, afferentium, Salomonem fuisse primum exorcismi inventorem.* Hoc loco est animus referre, sed non suadere rem memoratu dignam, cuius fides sit apud auctorem *Calium lect. antiq. lib. 2. cap. 8.* quo loco affirmat, na. ei aliquos homines, quibus ab ipsa natura inditum est, ut dæmonii sint metuendi, prorsusq; formidolosi; cum enim nascantur in ea aëtherum conjunctione, & signorum concurrentia, hinc illis quædam est innata qualitas, quæ ipsos tartareis potestatibus reddat formidolos. *Notandum, inquit, est, exorcistas vulgo nuncupari, qui dæmonibus adventu suo plurimum inveniunt terroris. Eiusmodi vero nasci virum, prodidere matheus, qui solo nono Martem habuerit, vel in domo propria, aut domus, aut in altitudine peculiari, neque in horoscopo fuerit Iuppiter.**

2 Quod vero attinet ad virtutem, quam ad fugandos dæmones habet exorcismus, prima quaestio esse potest. Verum exorcismo insit aliqua virtus intrinseca, & naturalis adversus diabolicas potestates, vel potius tota illa virtus sit supernaturalis, & à Deo communicata. Aliqui graves Theologi affirmant illam virtutem esse physicam, & naturalem. Ita *Sot. in 4. dist. 6. q. 2. art. 3. Richard. & Palud. apud Raphaelem de la Torre. ad 2. 2. q. 90. art. 2. disp. 9. nu. 7. Eurgens. 1. Reg. 16. Figuetra in Plaza universal. discursu 33. de los exorcismos, fol. 129. Raymundus Lullus ab eo relatus. Goropius in Hermathen. lib. 1. fol. 6.* Unde affirmant hi auctores, dæmoniacum surdum, idcirco esse difficultatis curationis, quia non percipit vim exorcismi, quasi vox illa habeat vim aliquam naturalem. Probat deinde hanc opinionem *Andreas Laurentius lib. 1. de virtute Regis Gallie ad curandas strumas, cap. 5.* Ex eo quod lapis quidam fabæ conlimilis inveniatur, qui naribus hominis dæmoniaci applicatus, illū statim dæmone obsessum liberet. Fertur præterea Chamæleonis hepar tostum, colloq; appensum, adversus omnia necromantica unicum esse remedium. Item Sardijs, Chrysolitus, Calcedonius, adversus omnes diaboli illusiones miram habent virtutem à natura insitam, ergo etiam exorcismis aliquid inest ad dæmones pellendos naturalis efficaciam. Aliud argumentum desumunt hi auctores, ex *cap. Nupt. 7. q. 2.* ubi notat *Glossa,* carnem hædinam dæmones provocare, idcirco episcopo dæmone obsessio fuisse denegatam; ergo si datur virtus naturalis dæmones provocans, quid mirum, ut detur etiam virtus naturalis dæmones

fugans? Hæc sunt præcipua huius opinionis fundamenta, alia omitto videnda apud *Epiphaniem do Valle de incantationibus, seu ensaimis, q. 1. sect. 1. cap. 2. nu. 12. 13. 14. & sequentibus. Serarium in cap. 8. Job, q. 4. & 5. Delrium lib. 6. cap. 2. q. 3. sect. 2. Franciscum Mirandulum lib. 7. de rerum praevisione. Iordem de Pineda de rebus Salomonis, lib. 3. cap. 29. nu. 6. & Sed exorcismis.*

Vera tamen conclusio sit. Exorcismi non habent aliquam virtutem physicam, & naturalem ad fugandos dæmones: sed totam habent efficaciam quatenus continent signum crucis, invocationem nominis IESU, comminationem divinæ vindictæ erga dæmones, tandemq; preces Ecclesiæ humiliter supplicantis. Cuius virtutis à Deo inditæ ea est efficacia, ut exorcizantes per modum imperij dæmones fugent; nam ex *Luca cap. 10. nu. 17. & Marti 16. nu. 17.* Constat, non solum discipulis, sed etiā reliquis fidelibus datam à Christo D. potestatem calcandi serpentes, & scorpiones; illos nempe, qui flexuosis insidiarum spiribus, & tortuoso collo, se in catholicorum pectoribus insinuare student, ut illos dolis, & fraude victos in omnium miseriarum voraginem pessum dent, tartarog; devoveant. Nostram conclusionem superiori modo explicatam, tenent *Debius, Serarius, Mirandula, Pineda, superiorum numero relati.* Eandem ampl. citantur *Aegy. Bellian. q. 71. dub. unico, num. 31. ubi Tertull. & D. August. Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 2. nu. 6. 7. 8. & sequent. Sanch. Decolog. lib. 2. cap. 42. nu. 16. & sequent. Petrus Thyraus part. 3. cap. 37.* Ex qua divina virtute exorcismis quodammodo insufla, doctè colligit *Sanch. citatas,* non debere exorcizantes dæmonem adiurare voce deprecationis, sed quadam voce imperij, sive imperioso sermone, ipsi iubendo, ut instar vilissimi mancipij domino Deo suo obediat, nutuq; obtemperet. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 90. art. 2. & ibi Caietan. art. 1. D. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 8. Sylvest. verbo, admiratio, q. 7. & ibi Angelus nu. 2. & 4. Tabien nu. 6. Sotus lib. 8. de iust. q. 3. art. 2. Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 2. nu. 8. & 9. Lessius lib. 2. de iust. cap. 42. nu. 70. & 71. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 8. pancto 2. & contrarium facere est peccatum mortale, ut docent *Caietan. Sylvest. Tabiera, Armilla, & Navarr.* quos sequitur *Sanch. loco citato.* Huius vero imperij in exorcizantibus requisiti, meminit *Lactantius lib. 4. cap. 27. D. Cyprian. ad Demetr. proconsulem.* *Adiurantur, inquit, à nobis, & torquentur spiritualibus flagris, & verborum tormentis de obsessorum corporibus. Eij. suntur dæmones.* Vbi vides sanctissima exorcismorum verba tormentis æneis, sive bombardarum dislosionibus comparari. Quemadmodum enim ad horrifonum æneæ fistulæ strepitum, & horribilem bombardæ sonitum aves perterrefactæ, toto celo aufugiunt, & disjecto agmine,*

agmine, alijsq; trepidantibus ad montes, & solitudines se recipiunt: ita dæmones ad exorcismi voces quodam modo exanimati confertantur. Hanc fugam venuste expressit Prudentius in sua Apotheosi, ubi presbyterum exorcisantem, dæmonem p fugientem ita inducit.

*Innotat. Amistes Domini, fuge callide serpens:
Exue te membris, & spiras solve latentes,
Mancipium Christi cur corruptissime vexas?
Desine. Christus adest, humani corporis ultor.
Non licet, ut spoliū rapias, cui Christus inhaesit.
Pulsus abi virose liquor, Christus iubet: exi.*

Hanc exorcismorum efficaciam, hoc imperium, hanc virtutem late, docteq; invenies discussam apud auctores citatos, num. 1. 2. & 3. Quantam verò efficaciam, inter ceteras exorcismorum cæmonias, contineat sanctissimæ crucis signum, cecinit Paulinus natali 8. Sancti Felicitis.

*Nos crucis invictæ signum, & confessio munit,
Armatiq; Deo mentem, non quarimus arma
Corporis: & quâquam membris videamur inermes;
Arma tamen gerimus, quibus & sub pace serena.
Contra incorporeos animis decernimus hostes.*

Quam salutiferæ crucis invictam, & nunquam superabilem potestatem agnoscens mater Ecclesia, ideo in exorcismis non semel utitur hoc crucis signo. Imò, ut auctor est Tertullian. cap. 3. de corona militis, ad omnem progressum, atq; promotum: ad omnem aditum, & exitum: ad vestitum, ad calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubricula, ad sedilia, frontem signo crucis munit Ecclesia.

Secunda quæstio esse potest. Ad quas personas precipue spectet facere exorcismos? Respondeo hanc potestatem dæmones eijciendi per exorcismos omnibus universim hominibus tam laicis, quàm ecclesiasticis concessam fuisse; primario tamen, & velati principaliter concessa est viris ecclesiasticis. Ita omnes ferme Theologi cum Petro Thyrao part. 3. cap. 37. & probatur ex Luca cap. 10. & Tertulliano cap. 11. de corona militis, ubi affirmat se vidisse milites inter belli sanguinariam crudelitatem, & horrentes armorum, ac lituorum strepitus, immundos spiritus exorcizando eijcere. Esse verò id munus præcipue concessum viris ecclesiasticis, docet Baron. tom. 1. anno 56. Cornelius Papa scribens ad Fabium Antiochenum. Euseb. lib. 6. cap. 35. D. Hieron. in epist. ad Titum, cap. 3. Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 42. nu. 18. & cum eo Sylvest. Valentia, & Delrius, & plerumque Theologi, & Canonice agentes de gradu exorcistarum. Quæres tamen hoc loco. Vtrum exorcista hæreticus, vel quilibet alius non catholicus valeat dæmones eijcere? Respondeo negativè cum Petro Thyrao cap. 40. Ratio est quia, eijectio dæmoniorum solum propria fuit Christi

fidelibus, veram, & catholicam fidem amplectentibus, ut habetur Marci cap. ult. Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia eijcient; ergo hoc privilegium neutiquam hæreticis, vel infidelibus dandum erit. Fateor tamen me legisse apud Epiphanium adversus Ebionitas. hæresi. 30. Iosephum adhuc Iudæum, & non credentem in nomine IESV, obsessum hominem à dæmonio liberavisse. Id tamen illi ob peculiare privilegium concessum esse credo, ob eximiam divinæ, & Mosaicæ legis observantiam, cum adhuc Christi nomen illi non esset notum.

Tertia quæstio est. Vtrum ad dæmones ex corporibus eijciendos, requiratur in exorcistis puritas conscientiæ ab omni mortali peccato liberæ? Nullus profecto ibit inficias, plurimū conducere, & expedire, ut qui tali officio funguntur, vitæ sanctitate polleant, & nulla peccati lethalis conscientia graventur; hoc tamen omnino necessarium non est, sed poterit homo existens in peccato mortali, obsessum corpus à dæmone liberare. Late hanc sententiam probat Petrus Thyraus cap. 39. ex varijs locis sacrae paginæ, Matth. 7. Luca 9. & 10. ubi homines peccatores leguntur hæc miracula edidisse. Ratio huius rei est, quia exorcismi non quidem ex solo opere operantis, sed ex opere operato habent hanc efficaciam dæmonia expellendi: ergo quanvis in peccato mortali exerceantur, illam habebunt vim. Ita Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 42. nu. 16. Suar. 3. tom. in 3. part. q. 65. art. 4. Notandum verò, exorcismos non semper habere effectum infallibilem, sed aliquando frustrari suo effectu, vel ob modicam fidem ministri, vel ob hominis dæmoniaci culpam, vel ob maiorem illius utilitatem, vel ex aliquo occulto Dei iudicio. Ita D. Augustin. lib. 83. questionum, quæst. 79. Victoria de Magia q. 6. nu. 24. Solus in 4. dist. 6. q. 2. art. 3. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 8. punct. 2. Suar. citatus. Delrius lib. 6. disquis. magicar. cap. 2. q. 3. Si inquiras, cur exorcismus factus à viro probò, & iusto sæpius consequatur effectum, quàm factus à viro peccatore? Respondeo cum citatis Doctoribus, rationem esse, quia vir iustus dæmonem potentioribus, ac robustioribus armis aggreditur, nempe gratia sanctificante ornatus, & pulcherrimo Charitatis, Fidei, & Spei satellitio stipatus; at verò vir impius, & aliquo peccato mortali contaminatus, imbecilliora habet arma, & suæ iniquitatis conscius, nil magnum à Deo audet sperare, imò potius sibi timere, ac proprijs meritis confidere. Quam spem vitis probis, improbis verò timorem comitem indivisum esse dixit Alphonsus Innuarius in suis poematibus, tom. 2. fol. 18. pag. 2.

*Vir male, nonne tuo timor est in pectore clausus?
Vir bone, nonne sinu spes tua clausa tuo est?*

Quid

Quid ergo mirum est, si timens, & pavens homo improbus, suas vires in irritum, & in casum fundat dum & dæmonem, tanquam sibi infectum, & infensum inimicum omni studio conatur abigere, eundem ob mortale peccatum sibi amicum magis conciliet? Quid mirum si vir probus, & nullius peccati conscius, qui omnes suas spes in Deo fitas, collocatasq; habet dæmones miscalum instat abigat?

6 **Quarta quæstio est.** Vtrum liceat exorcistis aliqua per curiositatem inquirere ab illo idæ dæmone, quem volunt eijcere? Hanc quæstionem doctissime ventilatam, & omnino discussam invenies apud *Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 42. n. 23.* In cuius resolutione, ut clarius procedatur, sequentes statuo conclusiones.

7 **Prima conclusio.** Licitum est à dæmone interrogare ea, quæ expulsionem conducunt. Ita *Lesius, Sylvester, Valentia, Thyraus*, relati à *Sanch. loco citato.* Imprimis ergo licet à dæmone rogare, quod nomen habeat? Quænam fuerit ingressus causa? Quibus signis, vel qua data conditione egredietur? Vnus ne, vel plures corpus occupent? Similiter licebit illum cogere ad aliquam dicendam veritatem, V.g. Christum esse natum, mortuum, crucifixum, in Eucharistia positum, & similia. Ita *D. Thom. 2.2. q. 95. art. 4. ad 1. Caietan. 2.2. quæst. 90. art. 1. Tabien. verbo, invocatio, n. 2. quæst. 1. Sotus lib. 8. de iust. quæst. 3. art. 2.*

8 **Secunda conclusio.** Si exorcista per curiositatem roget à dæmone res vanas, & inutiles, per modum imperij, venialiter peccabit. Ut si roget, quid modo novi fiat apud Iapponas, Indos, & Garamantas? Quos habuit exitus Arturus Anglorum Rex? Ita *Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 2. n. 9. Valentia 2.2. disp. 6. q. 8. punct. 2. col. ult. vers. Ad tertium Sanches in Decalog. lib. 2. cap. 42. n. 25. & apud illum Caiet. Sylvester. Lesius, Tabiena, Armilla, Sotus, Navarra, & Medina.* Si vero similes res à dæmone interrogentur per modum deprecationis; vel cum intentione aliquid ab illo addiscendi, tanquam à magistro; vel firmam, & certam fidem illi adhibendo, erit peccatum mortale, ut doctè probat *Sanch. loco citato.* Atque hæc sint satis pro exorcismis. Quæ plura cupis, vide auctores allegatos numeris superioribus.

DISTINCTIO. LXX.

CAP. Neminem. I.

SUMMARY.

1 **Regulares non profecti egent titulo ad ordines.**

- 2 Enumerantur varij tituli sufficientes ad ordinationem, ante Tridentinū.
- 3 De iure requiritur titulus ad primam tonsuram, & minores, non de consuetudine.
- 4 Episcopo debet constare de titulo ordinandi.
- 5 Beneficium debet sufficere ad victum honestum.
- 6 Quale dicatur beneficium sufficiens ad victum honestum.
- 7 Oppidani, & concives preferendi sunt in beneficijs aliunde ortis.
- 8 Qui sunt ex gremio alicuius Ecclesie, alijs qui sunt alterius preferantur.
- 9 In Hispania, Portugallia, & Francia, non admittuntur ad beneficia, qui non sunt ex Regno.
- 10 Ordinari potest quis ad titulum patrimonij sui, & tale patrimonium debet actualiter possideri.
- 11 Patrimonium debet consistere in rebus immobilibus, & fructiferis.
- 12 Quale dicatur patrimonium sufficiens?
- 13 Vtrum qui Musices, vel capella annua, vel Grammatices lectionis stipendio vivunt queant ordinari?
- 14 Pater tenetur facere patrimonium filio volenti ordinari.
- 15 Donatio patrimonij facta filio, est irrevocabilis.
- 16 Patrimonium excedens vires legitime, & tertie donantis deducendum est, quoad excessum ad collationem.
- 17 Vtrum satisfiat Trident. per retentionem patrimonij sine usu fructu?
- 18 Patrimonium alienari non potest post ordinationem.
- 19 Vtrum alienatio patrimonij sine requisitis in Tridentino sit valida?
- 20 Redonatio patrimonij facti sub ea conditione: si fiat ante ordinationem valet; postea vero minime.
- 21 Pacta inter donantem patrimonium, & donatariū de redonatione post obitum tam aliam sustentationem validū est.
- 22 Patrimonium fictum debet domino restitui, & usus fructus illius.
- 23 Quæ pena sit deprehensis in fraude patrimonij?

24 Pacta

- 24. Pacta inter donantem fidei patrimonio, & donatarium non sunt simoniaca.
- 25. Vtrum de licentia episcopi alienare possit patrimonium ordinatus, quin habeat unde vivat?
- 26. Vtrum sit necessaria licentia episcopi si clericus habeat unde vivat?
- 27. Fundatores possunt vocare clericos cō sanguineos ad beneficia à se instituta.
- 28. De requisitis in eligendis.
- 29. An gradus consanguinitatis in hac vocatione cōputentur canonicè, vel civiliter?
- 30. Vtrum preferendi sint descendentes per viam masculinam?
- 31. Quomodo, & quando censentur illegitimi exclusi? & numeris sequentibus, usq; ad 42.
- 43. Capellania quando possunt esse titulus accipiendi ordines? remissivè
- 44. Beneficia regularia dabantur in titulum regularibus.
- 45. Beneficia regularia, regularibus, & secularia, secularibus danda sunt.
- 46. Regulares hodie ordinantur ad titulum professionis.

rabantur ex iure antiquo, ad quos episcopi poterant clericos promovere. Primo, ad titulum beneficii, ut hic, & cap. Sanctorum sequenti, vide Quintanad. ecclesiast. benef. lib. 3. à num. 11. & 27. quod duravit ad tempora Alexand. III. & Innocentij III. qui condidit cap. Episcopus, & cap. Tuis, de prebendis, ubi patrimonium pro beneficio statuunt sufficere, qui est secundus titulus. Tertio, ad titulum paternæ hereditatis, dict. cap. Episcopus. Quarto, ad titulum alieni beneficii, cap. Postulasti, de iure patronatus, cap. Per tuas, 3. cap. penult. de simonia, ubi Doctores, & Abbas, in cap. Cum secundum Apostolum, de prebendis, num. 11. Felin. in cap. In nostra, de rescriptis, num. 31. Gambara de officio legati, lib. 6. à num. 131. Quinto, ad titulum stipendij ab episcopo sibi assignandi, super fructus suæ mensæ episcopalis, cap. 2. & cap. Episcopus, de prebendis. Abb. ubi proxime, num. 11. Sexto, ad titulum pensionis à laico assignatæ super bonis suis, Felin. in cap. Postulasti, de rescriptis, num. 8. & alij. Verum hodie Tridentinum sessione 21. de reformatione, cap. 2. requirit titulum beneficii, pacificè possessi, vel patrimonium, aut pensionem ecclesiasticam; ibi vide.

In textu, ibi, Ecclesiastica ordinatione. Nota ex Glossa hic, verbo, neminem, necessarium esse titulum ad ordinationem in minoribus, & in prima tonsura, ita etiam Glossa in cap. 2. de prebendis, communiter approbata, secundum Innocentiam, ibi Navarr. consil. 14. num. 1. de temporibus ordinandorum, Quintanad. ecclesiast. benef. lib. 3. num. 4. & 17. Suar. de censuris, disput. 31. sect. 1. num. 33. Garcia de beneficijs, part. 2. cap. 5. num. 3. Contra Vgolin. de irregularitate, cap. 61. num. 2. Verum hodie aliud servatur, nec in minoribus ex consuetudine titulus requiritur, Glossa in cap. 2. de prebendis, recepta, & ibi Decius numer. 29. & Navarr. proxime citatus, num. 1. Flaminus Paris. de resignat. beneficior. lib. 2. quest. 6. num. 4. Salzedo ad praxim criminal. Bernardi Diaz cap. 18. num. 5. Quintanaduen. ubi proxime, & videtur probari p. Trident. quod solum loquitur de sacris ordinibus, ut præter citatos Salzedum, Quintanaduen. Navarr. optimè notarunt Vgolin. de irregularitate, cap. 61. num. 2. Emmanuel. Rodrig. tom. 2. summa, cap. 15. num. 16. Petr. Ledesma in summa, 1. part. iii. de Sacramento Ordinis, cap. 7. in fine.

In textu, ibi, Manifestè. Vult text. ut episcopo ordinanti manifestè constet de titulo ordinandi, aliter si sine diligentia, sufficienti ad excutiendam veritatem, data opera admittit; tunc subintrabunt pœntæ, cap. Cum secundum, & cap. Si episcopus, de prebendis, ubi iubetur

IN textu, ibi, Neminem, &c.

Certè ut comprehenderet clericos seculares, & regulares professos, de quibus dicam infra, verbo, Monasterio. De non professis regularibus, est hodie Bulla Pij V. edita anno 1568. 14. Octobris, Pontificatus sui anno 3. in qua suspensionis pœnam imponit regulari non professo, qui ordinem sacrum suscepit sine titulo, eo modo, quo illum requirit Trident. sess. 21. de reformatione. cap. 2. à qua constitutione exempti sunt Patres Societatis IESV, qui ordinantur ante professionem solemnem, post tria vota simplicia, ex Bulla Gregor. XIII. & XIV. & Patres Congregationis Sancti Ioannis Evangelitæ, de quibus supra cap. 12. distinct. 54. De alijs tractat Henriq. lib. 10. de Ordine, cap. 17. num. 3. in Comment. littera S. Suarius de censur. disp. 31. sect. 1. & alij, apud Garciam de benef. part. 2. cap. 5. num. 13. Sed adverte Concilium Tridentinum, loqui tantum de clericis secularibus, dicta sess. 21. cap. 2.

In textu, ibi, Absolutè. Intellige cum Glossa hic, sine titulo. Porro tituli varij enume-

betur episcopo sic ordinanti, ut tali provideat de bonis suis ad honestam sustentationem, quoadulq; provideat de beneficio congruo; vide *Reginald. part. 3. lib. 31. tractat. 2. sect. 4. numer. 32. Cened. 2. part. collectan. 33. num. 1.* Quod ampliatur, ut hæc obligatio transeat ad successores, ut tradit *Ioann. Andr. & Doctores, in cap. Pastoralis, in fine, de iure patronat. nisi episcopus, qui ordinavit, vivat. Henriq. lib. 10. cap. 17. §. 4. Quaranta in summa Bullarij, verbo, ordo, vers. Quia hæc.* Amplia, licet episcopus ordinaverit aliquem, qui iam prius erat in sacris constitutus. *Quaranta, ubi proximè, vers. Obligatio. Filliucius tom. 1. tractat. 17. cap. 5. num. 91. & licet ordinatus nolit, quod persona episcopi sit sibi obligata ex ijs, quæ tradit Gonzalez regula 8. Glosa 5. §. 10. num. 13. Garcia 2. part. cap. 5. num. 181. Cenedo 2. part. Collectan. 33. num. 2.* Amplia, in Capitulo Sede vacante. *Quaranta, verbo, Ordo, vers. Secundo, extende Henriq. lib. 10. cap. 17. §. 4. in Glosa, sic aliàs si episcopus consecraverit Ecclesiam indotatam, eam tenetur dotare, Glosa, verbo, consecranda, in cap. Cum sicut, de consecratione ecclesiast.*

5 In textu, ibi, In Ecclesia.

In qua scilicet beneficium habeat, quod beneficium debet sufficere ad victum honestum ordinandi; aliter non sufficiet ad titulum pro ordinatione, ut probant *Navarr. consil. 14. & consil. 23. de temporibus ordinand. & de oratione, cap. 21. num. 11. Flaminius de resignat. beneficiorum, lib. 2. num. 13. Henriq. lib. 10. cap. 17. num. 3. Emmanuel Rodrig. tom. 2. summa, cap. 15. num. 3. & 6. Petr. Ledesm. in summa, 1. part. cap. 7. de Sacramento Ordinis, conclusione 5. & 7. & alij, quos refert, & sequitur Garcia de benefi. 2. part. cap. 5. num. 107.*

6 Si quæras quale nam beneficium dicatur sufficiens ad victum honestum? Respondeo, illud beneficium dici clerico sufficiens ad honestam, & congruam sustentationem, quod ipsi, & familiæ sustentandæ satis est. Ita *Azor. institut. moral. lib. 6. cap. 10. quest. 8. Quænam verò quantitas huic sustentationi sufficiat, iudicis arbitrio est relinquendum. Flaminius lib. 5. de resignat. quest. 6. num. 131. Beja in respons. casuum conscient. part. 4. casu 26. vers. Quod si quæras. Zerola in praxi episcopali, verbo, beneficia.* Si enim clericus fuerit ex viris primæ nobilitatis, maiorem exigit redituû quantitatem, quàm alius ex infima plebe natus; ac proinde totum id ex clerico maiori, vel minori qualitate mensurandum est, ut egregiè advertit *Beja citatus.* Vide etiam *Tiraquel. de nobilitate, cap. 20. num. 13. & num. 142.*

7 In textu, ibi, Sux civitatis.

Rectè *Glosa hic*, notat presentandum potius

esse clericû eiusdem diocesis, & oppidi, quàm externum; quod intellige si sit idoneus, & allegat *cap. Hortamur, sequenti distinct. ad quæ ego nonnulla; ita etiam l. In Ecclesijs, Cod. de episcopis, & clericis. Cosmas in proæmio pragmat. sanct. §. Nam Ecclesiarum, verbo, externum, Rochus de iure patronatus, verbo, honorificum, num. 47. & 48. Rebuff. de nominat. quest. 9. num. 57. alias 48. Corras. 3. part. cap. 5. num. 9. Mandos. regul. 16. quest. 41. & 43. & consil. 27. à num. 18. & consil. 55. statim in principio, Gregor. Lopez in l. 1. titul. 15. verbo, presentare, & l. 13. verbo, de aquel, part. 2. Azeved. in l. 14. num. 10. tit. 13. lib. 1. recopilat. Dueñas regula 202. Hojeda de incompatibilitate, cap. 23. num. 85. Spino de testamentis, Glosa 3. à num. 32. & 72. Surdus de alimentis, tit. 2. quest. 93. à num. 9. Ioann. Guierr. referens alios consil. 2 numer. 23. & 24. Cevallos in communibus, quest. 693. Villar del patronado de Calatayud. 3. part. num. 7. & 8. part. costumbre 4. Vbi latè agit, qui dicantur filij parochianorum.*

Adderem in una, eademq; civitate, ubi sunt plures Ecclesiæ, preferendum esse illum, qui ex gremio Ecclesiæ est, *cap. 2. & cap. Obitu, distinct. 61. & cap. Metropolitano, distinct. 63. ad quas recurrit cap. Ne pro defectu, de electione. Cuchus institut. maiorum, lib. 4. tit. 1. num. 127. Sol. de iustitia, & iure, lib. 3. quest. 6. art. 2. ad 4. Petr. Navarr. de restitut. lib. 2. cap. 2. num. 196. Garcia de beneficijs, part. 7. cap. 9. num. 5.*

Hinc satis patet, statutum, seu legem excludentem extraneos, & admittentem tantum oriundos, & naturales, ex tali regno ad beneficia, esse sacris canonibus consentanea, ut sunt in Gallia, ut testatur *Cosmas in proæmio pragmat. sanct. §. Nam Ecclesiarum, verbo, exterorum, ad finem. Selva de beneficijs, 3. part. quest. 26. Corras. 3. part. cap. 5. num. 12. Rebuff. de pacifica possess. num. 265. alias 217. & in praxi de rescriptis mixtis, num. 7. Guillelm. Benedict. in repetitione cap. Raynuntius, verbo, & uxorem nomine, in 5. num. 482. & sequentibus. Carolus de Grassal. lib. 2. regal. Francia, in repetitione 8. idem habetur in Castellæ regnis, ut l. 18. & sequentibus, tit. 3. lib. 1. ordinamenti, ubi *Didacus Peres hodie l. 14. cum sequentibus, tit. 3. lib. 1. recopilat. ubi Azevedo, Covar. practicar. cap. 35. num. 5. Hojeda de incompatibilitat. benefic. lib. 4. quest. 7. Sabagum in cap. Eam te, de rescriptis, à num. 24. latè Salzed. in practie. Bernardi Diaz cap. 54. apud nostrates Lusitanos. Ordinatio Regia lib. 2. titul. 13. §. 1. & tit. 55. de qua Cabedus de patronatibus regia corona, cap. 29. Pereyra de Castro de manu Regia, tom. 2. cap. 64. num. 30. & sequentibus, & num. 38. Vtrum tamen pensio exteris dari possit, vide eundem num. 40. & sequentibus.**

In textu,

10 In textu, ibi, Sive possessionis.

Explicat *Glossa hic* 1. de patrimonio, & allegat *cap. Tuis, de praebedis*, ubi clare deciditur posse quemquam ordinari, ad titulum patrimonij sui, de quo etiam *Trident. sess. 21. de reformatione, cap. 2.* qui limitationem addit, pro ordinandis ad titulum patrimonij, idest, *Ijs tantum, quos episcopus iudicaverit admittendos, pro necessitate, & comoditate Ecclesiarum suarum, &c.* quia sufficit patrem esse divitem, & quod pauper non dicatur, qui patrem habet divitem. *Surd. de alimentis, tit. 1. quest. 23. num. 12. & quest. 33. num. 30. & quest. 103. num. 3. & quest. 108. numer. 8. & tit. 7. quest. 37. num. 3.* *Molina de iustitia, tom. 1. tractat. 2. disput. 146.* *Flaminus lib. 2. quest. 6. num. 28.* *Sanchez lib. 8. de matrimonio, disput. 19. num. 21.* Sed opus est actu possideri patrimonium, ita *Trident. dict. cap. 2. ibi. Obtenentes, & ibi. Patrimonium, vel pensionem mere ab illis obtineri*, ita *Garcia part. 2. cap. 5. num. 92.* *Aloys. Riccium collectan. 566.*

11 Et haec possessio debet consistere in re immobili, & fructifera, iuxta declarationem S. Congregationis super *Trident. sess. 21. de reformatione, cap. 2.* quam adducit *Garcia de beneficijs, part. 2. cap. 5. num. 96. & num. 105.* addit ordinatum ad titulum patrimonij non consistentis in re immobili, & fructifera, incurrere poenas, si quae essent positae contra ordinatos sine titulo, quod non admittunt *Navarr. consil. 34. de tempor. ordinator. & Zerola in praxi, 2. part. verbo, dimissoriae*, qui monent, ut ordinandi curent mobilia in immobilia convertere. *Lodovic. Lopez instructor. negotiant. lib. 2. cap. 45. vers. Quadam dubiola. Rodrig. tom. 2. summa, cap. 15. numer. 7.* videntur sentire sufficere patrimonium in rebus mobilibus, quod colligo exemplo, quod adducunt de pecunia praesentata pro titulo episcopo. Verius credo, quod ait *Garcia*. Ratio est quia. Si patrimonium super rebus mobilibus constituatur, non plane satisfiet menti Concilij Tridentini, cum res mobiles facile extinguantur, & consumantur. *Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 4. quest. 7.* *Vgolino, de officio episcopi, cap. 26. §. 10. num. 1.* *Riccus in praxi, fori eccles. decis. 515. in 1. edit. & resolut. 273. in 2. edit.* Notant vero aliqui Doctores, si detur penuria sacerdotum, posse aliquem sine patrimonio ad sacros ordines promoveri, dummodo adsit, qui ei spondeat omnia victui necessaria. Quod a sacra Congregatione fuisse decisum referunt *Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 6. num. 11.* *Armenar. in addit. ad recopilat. legum Navarr. lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimonio clericorum, num. 2. & 3.* *Campanil. in diversor. iuris, rubr. 8. cap. 4. num. 1.*

12 Quae vero dicatur patrimonium sufficiens ad honeste vivendum; prudentis ordina-

rij arbitrio relinquendum, argumentum l. 1. Et quae ibi Doctores, ff. de iure deliberandi; ut ex *Salzedo, Flaminio, Emmanuele Rodriguez. Vgolino, Zerola, Genuens. & Ledesma*, deducit optime *Garcia 2. part. de benefic. cap. 5. num. 112.* ubi addit cum *Petr. Ledesm. Navarr. de oratione, cap. 21. numer. 11. & miscellan. 62. de oratione, num. 3. vers. Facit. Flamin. de resignat. lib. 5. quest. ult. nu. 156.* beneficium, vel patrimonium non debere esse pro qualitate ordinandi; sed ut decenter, & honeste vivat quicumque clericus. Licet contrarium sentiant *Rebuff. in praxi, tit. de rescriptis in forma communi, num. 24.* *Caldas Pereyra in l. Si curatorem, Cod. de in integrum, verbo, lasis, num. 132.* *Zerola in praxi episcopali, verbo, demissoriae, §. 5. dubio 4. & part. 2. eodem verbo, ad finem.* *Emmanuel. Rodrig. tom. 2. summa, cap. 15. num. 9.* *Candelabrum, Salzedo, & alij*, quos bene rejicit *Garcia citatus, num. 117. & sequentibus.*

13 An vero, qui patrimonium sufficiens non habet, si sit musicus, vel habeat salarium, electione aliqua grammaticae, vel praesentatus sit ad aliquas capellanias adnutum amovibiles, vel confraternitates, ex quibus omnibus sufficientissima sustentatio constituatur possit ordinari? Lege *Zerolam in praxi episcopali, part. 1. verbo, demissoriae, §. 51. num. 2.* *Genuens. in praxi Archiepiscopali Curiae Neapolitanae, cap. 81. num. 2.* *Garcia de beneficijs, part. 2. cap. 5. num. 126.* qui omnes negant, & bene, imo ita decisum esse a sacra Congregatione Cardinali super *Trident.* refert *Garcia citatus, num. 126.* Nec potest quis ordinari ad titulum de futuro, & in spe etiam certa. *Salzedo in practic. cap. 18. num. 6.* *Garcia dicto cap. 5. num. 130.* Potest tamen ordinari habens coadiutoriam, *Gonzalez ad regul. 8. Glossa §. 9. num. 6.* Si ratione illius possit congrue sustentari. *Garcia dicto cap. 5. num. 133.* An Doctor Theologiae, vel iuris Pontificij, sine patrimonio possit ordinari. *Gonzales Glossa 4. num. 36.* *Garcia num. 128.*

14 Quaes utrum pater teneatur patrimonium donare filio volenti ordinari? Negat *Aymon consil. 136. num. 2. lib. 1.* *Rojas de success. cap. 7. num. 49.* *Ayora de partitionibus, 2. part. cap. 13. num. 17.* *Salzedo ad Bernard. Diaz in practica, cap. 18. num. 16.* Affirmant *Avendaño respons. 17. num. 4.* *Sanchez lib. 4. de matrimonio, disputatione 26. num. 7. ad medium;* nam pater tenetur dotare filiam volentem ingredi religionem, ex *Bartol. in l. 1. §. Si parens, ff. Si quis a parente fuerit manum. Bald. l. Quoniam novella, Cod. inofficioso testament. Everardus in topicis, loco 39. a matrimonio carnali ad spirituale, Bald. item in l. finalis Cod. de dotis promissione, num. 5.* *Gomes l. Tauri, 29. num. 14.* *Baeza de non meliorandis dotibus filiarum, cap. 14. num. 1.* Ergo etiam tenebitur ad dotandum filium pro assumendo statu sacerdotali, nec enim facile maior ratio assignabitur.

per text. in Authent. de sanctissimis episcopis, §. Sed, & hoc presenti, collatione 9.

15 Si pater filio faciat talem donationem, non poterit amplius illam revocare, utpote factam ex causa onerosa, & eum episcopo aliter non ordinante; ita docet Cisuentes in l. 17. Tauri, col. 2. vers. Idem in donatione, & ibi Tellius Fernandes num. 82. Avendan. respons. 17. vers. ult. Muienzo in l. 1. Glossa 9. num. ult. lib. 5. novæ collectæ. Covar. in cap. Raynald. §. 2. num. 7. de testament. Andr. Angulo in l. 1. de meliorat. Glossa 10. num. 7. Gutierr. practic. quest. lib. 2. quest. 65. numer. 9. Salzed. ad Bernard. cap. 18. num. 15. Mor. quecho lib. 3. de divisione bonorum, cap. 6. num. 90. & multi alij, apud Garciam, quos ipse sequitur part. 2. cap. 5. num. 157. An conferenda sit intra legitimam filij donatio illi facta pro patrimonio, disputant egregiè Alvarus Vallascus de partitionibus, cap. 13. numer. 77. Molina tom. 1. de iustitia, disput. 231. & 237. Partem affirmantem nimirum esse computandum patrimonium in legitima, sequitur Covar. proximè citatus, num. 7. Avendan. testatur esse opinionem verissimam, dict. respons. 7. in fine. Grassijs lib. 2. cap. 97. num. 68. Menchac. de success. creatione, lib. 3. §. 22. num. 44. Peres in l. 4. tit. 12. lib. 3. Ordinationem. Emmanuel. Rodrig. tom. 2. summa, cap. 15. num. 8. Molina, Vallascus, & Gutierr. citati, atque alij, apud Garciam 2. part. cap. 5. num. 158. quibus ipse assentitur. Contra Fabium Igneum Aymon. Cassan. quos refert, & sequitur Rebuf. in praxi, tit. de rescriptis in communi, tit. 25. Antonius Gomes in l. 29. Tauri, num. 21. & ibi Tellius Fernandes, num. 16. Dueñas regula 222. num. 3. Rojas de success. lib. 3. cap. 37. num. 46. Matienzo in l. 3. tit. 8. Glossa 2. num. 14. Azeved. lib. 10. tit. 6. numer. 29. & 30. lib. 5. recopilat. Gracian. regula 95. num. 6. & Quintanad. eccles. benefic. 2. part. lib. 3. Non videntur dissentire Caldas Pereyra in l. Si curatorem, Cod. de in integr. verbo, lasis, nu. 103. & 132. Spino de testament. Glossa 18. num. 66. Mendez de Castro in l. Cum oportet, Cod. de bonis qua liberis, num. 265. Avendan. in l. 29. Tauri, Glossa 3. num. 8.

16 Quæro amplius. Vtrum si donatio patrimonij excesserit vires legitimæ, & tertiæ parentis donantis, reliquum deducendum sit ad collationem, ut inde fratrum aliorum legitime suppleantur etiam in eis casibus, in quibus patrimonij alienatio fieri non possit ex Tridentin. sess. 21. de reformatione, cap. 2. Vide de hac quæstione Vallascum, citato loco, de partitionibus, cap. 13. qui ex fundamentis ibi adductis negat. Verum ego putò affirmandum maxime in nostra Lusitania, ubi ex Ordinatione lib. 4. tit. 97. §. 3. pater non potest donare filio, aut filia nisi intra vires suæ legitimæ, & tertiæ, & si quid amplius donatum fuerit, debet deduci ad supplendas legitimas aliorum fi-

liorum, l. 1. ff. de inofficioso dot. Authent. Unde si parens, Cod. de inofficioso testament. Nec huic alienationi patrimonij potest resistere Trident. cum debeat fieri in conscientia, nec debeat resistere alienationibus necessarijs, maxime cum fiunt ex legis autoritate, ex l. 1. ff. de fundi dotalibus, l. Alienationes, ff. familia eriscunda, Ioannes Cephalus consil. 64. num. 13. lib. 1. Gama decis. 199. num. 3. Lancellotus de attentatis, 2. part. cap. 4. limit. 7. numer. 3. Flaminius lib. 2. resignat. benef. quest. 3. num. 39.

17 Vtèrius existimo, nunc post Tridentin. sess. 21. de reformatione, cap. 2. verè vocari patrimonium possessionem, quia semper vult Trident. ut retineatur actualis possessio, & dominium talis patrimonij, donec possidens habeat unde honestè vivere possit, prohibens illius alienationem; nec sufficit si ordinatus habeat proprietatem, & dominium patrimonij sine usu fructu. Decius in cap. Episcopus, de prebendis, per l. final. §. Ipsum, Cod. de bonis qua liberis, de qua materia, quia quotidiana est, & sæpe usu venit, nec de ea ita clarè loquuntur Doctores, sequentes statuam conclusiones.

18 Prima conclusio. De iure antiquo prohibita non erat patrimonij alienatio post ordinationem, licet fieret sine licentia episcopi, Glossa final. in cap. Tuis de prebendis, & ibi Imola, & Abbas num. 8. Felinus in cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitut. num. 8. & ibi Decius num. 17. Selva de beneficijs, part. 1. quest. 3. num. 8. ubi Glossam dicit ab omnibus receptam Covar. in cap. Raynald. de testament. §. 2. num. 7. Rodanus de rebus Ecclesie, rubric. 33. casu 13. Gratian. regula 165. num. 7. Gutierr. practic. lib. 2. quest. 65. num. 10. dicit communem Cevallos quest. 527. num. 1. Contrariam tamen sentiunt etiam de iure antiquo, idem Cevallos num. 2. & 3. Ioann. Andr. Dominic. & Franchus in cap. Si episcopus, de prebendis, in 6. qui explicant si patrimonium fuit in titulum assignatum.

19 Secunda conclusio. Post Trident. nulla est alienatio patrimonij non servatis ibi requisitis. Moveor ex verbis Trident. dict. sess. 21. de reformatione, cap. 2. ibi. Illa deinceps sine licentia episcopi alienari, aut extinguere, vel remitti nullatenus possint; ubi verbum, nullatenus, actum quemcumque invalidat ex Glossa in Clementin. 1. verbo, nullatenus, de sequestrat. possess. Felin. in cap. Cum accessissent, num. 8. de constitut. & alijs, quos sequitur Sanchez lib. 6. de matrimonio, disput. 32. numer. 7. & ultra ibi allegatos, tenet etiam Garcia part. 2. de beneficijs, cap. 5. numer. 178. cum multis. Moveor 2. ex appositione verbi, possint, quæ verba ambo simul inducunt nullitatem ex eodem Sanchez dicto lib. 6. disput. 38. num. 20. vers. 7. & Garcia num. 177. qui plures citant.

Conclu-

Conclusionem nostram aperte defendunt *Narr. conf. 17. num. 2. & conf. 21. num. 4. & conf. 22. de temporibus ordinat. Flamin. de resignat. beneficij, lib. 2. quest. 6. num. 17. Molina tom. 1. de iustitia, tractat. 2. disp. 238. ad finem. Emmanuel. Rodrig. tom. 2. summa, cap. 15. num. 2. & 5. quos refert, & sequitur Sanches lib. 6. matrimon. disput. 37. num. 7. & ultra ibi allegatos, sequuntur Cevallos in suis communibus, quest. 527. Quintanad. Eccles. benefic. lib. 3. num. 73. Tolet. lib. 1. summa, cap. 48. num. 18. edit. Duaci anno 1608. quos refert, & sequitur Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 179. Adde Avilam de censur. part. 3. disp. 5. dubio 6. §. Sit tamen secunda conclusio. Henriq. lib. 13. de excommunicatione, cap. 28. num. 3. & Covar. in cap. Alma, part. 1. §. 11. num. 7. quos allegat Avila, ut probet dictionem, nullatenus, qua utitur Concilium, reddere actum nullum; idem Henriq. lib. 10. de ordine, cap. 17. num. 3. eodem modo loquitur de alienatione patrimonij, ac de resignatione beneficij; constat vero ex omnibus, resignationem esse nullam, cum sit contra formam Tridentini. Contra hanc conclusionem sentit Petrus Ledesma cap. 7. de Sacramento Ordinis, conclus. 6. dicens probabilius esse hanc alienationem non invalidam ipso iure. Suar. de censur. disput. 31. sect. 1. num. 38. ad medium, vers. Si vero consideremus, &c.*

20 Tertia conclusio. Qui verè accipit patrimonium ab aliquo, ut ad illius titulum ordinetur, cum pacto, ut donanti restituatur, si restitutio, & redonatio fiat ante ordinationem, valebit; si post ordinationem, nulla erit. Prima pars, quod valeat restitutio ante ordinationem, probatur, quia nullibi talis alienatio ante ordinationem censetur prohibita. Ita Quintanad. Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 170. & videtur sentire Sayr. cum multis, quos refert, dum aiunt, hunc peccare mortaliter in tali revocatione ante ordinationem, & patrimonium esse fictum: si enim non valeret renuntiatio, certe patrimonium fictum non diceretur. Lege Sayr. in thesa. lib. 4. cap. 15. num. 23. Contrarium tamen, esse scilicet irritam, etiam ante ordinationem, tenet Henriq. lib. 13. cap. 37. num. 2. littera B. Secunda pars satis probata manet ex secunda conclusione, neque pactum redonandi post ordinationem valet, quia illi resistit lex Tridentini in dict. sess. 21. de reformatione, cap. 2. per notata ad l. Pacta, qua contra, ff. de pactis, & facit regula cap. Cum magister, de constitut. de qua ibi Abbas num. 16. Felin. num. 77. Decius num. 67. Ripa num. 70. & quod tradit Covar. in 4. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 9. Matienza in l. 6. Glossa 8. tit. 8. lib. 5. recopilat. Spino de testament. Glossa 16. num. 48. Molin. de iustit. tom. 1. tract. 2. disp. 169.

21 Quarta conclusio. Qui dat verum patri-

monium potest apponere conditionem, ut sibi restituatur, cum ordinatus habuerit unde honestè vivere possit, modo à Concilio Tridentino declarato dict. cap. 2. Probo conclusionem, quia tunc talis alienatio, non prohibetur à Tridentino; ita Garcia num. 169. citatus.

22 Quinta conclusio. Patrimonium fictum, nunquam fuit verum patrimonium, nec sufficiens ad effugiendas pœnas contra ordinatos sine titulo (si quæ adhuc sunt positæ de quo infra) & qui illud accipit, tenetur in conscientia illud restituere fictæ donanti. Hanc latè probat Sanches lib. 6. de matrimon. disput. 32. num. 8. contra Angulum de meliorat. lib. 6. Glossa 4. nu. 9. Sanch. sequitur Garcia dict. cap. 5. num. 152. & 153. Avila part. 3. de censur. disput. 5. dubio 5. §. 3. conclus. qui aliquos viros tacito nomine refert; contra Henriq. lib. 13. cap. 37. num. 2.

23 Sexta conclusio. Deprehensa fraude, & constituto, quod promissio patrimonij fuit ficta, & donatio tantum verbalis, punietur per sententiam iudicis, donans, amissione patrimonij, propter fraudem commissam, contra Ecclesiam. Ita Sanches cum multis, quos refert dict. lib. 6. disput. 32. num. 8. ad medium, & ultra ibi citatos, tenet Emmanuel Rodriguez tom. 2. summa, cap. 15. num. 7. in summa, cap. 7. de Sacramento Ordinis, conclus. 6. diffinit. 5. Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 152. Avila part. 3. de censur. §. proxime citato, sine.

24 Septima conclusio. Pacta inter donantem fictè patrimonium, & ipsum ordinandum, nullo modo sunt simoniaca, nec pertinent ad prohibitionem, & suspensionem impositam in cap. Per tuas, 3. & cap. Si quis ordinaverit, quod est penult. de simonia. Probatur quia, assignatio patrimonij non est aliquid spirituale, cum vendi, & emi possit; ergo qui circa patrimonium paciscitur, non paciscitur circa spirituale; ergo in tali pacto simonia non reperitur, cum tecum ago de non petendo, vel deretrodonando. Aliter est in casu cap. Si quis ordinaverit, & cap. Per tuas, quia ibi intercedit pactum simoniacum cum beneficiario præsentem, ad titulum sui beneficij, & cum episcopo ordinante, de non inquietando eos super provisione, & sustentatione. Ita sequitur Garcia de beneficijs, parte 2, cap. 5. num. 168. Tolet. in summa, lib. 1. cap. 48. num. 11. edit. Duaciana, anno 1608. in fine, ubi ait ita declaratum esse, & servari in signatura Pœnitentiariæ. Suarius aliquo modo vocat hunc promittentem fictè patrimonium præsentem, sed ut apud eundem videbis de censuris, disput. 31. sect. 1. num. 35. difficillime ad illum extendit pœnas dictorum capitum Per tuas, & cap. Si quis ordinaverit, de simonia, quanvis tom. 1. de religione, lib. 4. de simonia, cap. 38. num. 5. non ita timide loquatur; vide illum.

25 **Octava conclusio.** Patrimonium de licentia episcopi alienari potest, etiam antequam ordinatus habeat unde honeste vivat, sicque id licite, si causa super sit; illicitè, sed valide, si non super sit. Habet duas partes, prima de absoluta alienatione de licentia episcopi, quæ probatur ex verbis *Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2.* ibi. *Atq; illa deinceps sine licentia episcopi alienari.* Secunda pars de licite, vel illicitè concessa facultate, pendet à causis concedendi, de quibus *Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 188.* de valore alienationis ex licentia episcopi, patet ex *Trident.* quod tantum licentiam episcopi requirit, nihil explicans de causa licita, vel non licita, ita *Garcia citatus*, quem vide.

26 **Nona conclusio.** Patrimonium valide poterit alienari sine licentia episcopi, cum ordinatus habuerit, vel beneficium, vel unde honeste vivere possit; ita videtur supponere *Trident. dict. cap. 2.* ibi. *Donec beneficium ecclesiasticum sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint.* Quod maxime probatur, quia de iure communi licebat ista alienatio, ut dixi supra conclusione 11. quod in dubio non censetur correctam. Ita expressè tenet *Cevallos commun. opinion. quest. 561. à num. 22. maxime num. 30.* & sequentibus. *Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 186.* videtur tenere *Flamin. de resignat. lib. 1. q. 6. num. 16.* *Stephanus Gratian. recept. forens. cap. 159. num. 14.* Quidquid contradicat *Quintanad eccles. benef. lib. 3. num. 72.* *Cened. practic. lib. 1. quest. 11. m. 9.* sufficiant hæc de patrimonio, pergamus ulterius.

27 **In textu, ibi, Possessionis.**

Explicat *Glossa*, quod potius sunt clerici instituendi, de quorum bonis fundata est Ecclesia, & allegat *cap. Cum adeo, de rescriptis*; quod textus omnino silet de hac materia; & quidem verissima est doctrina *Glossæ*, si fundatores consanguineos clericos vocent ad beneficia à se erecta, quos vocare posse, certum est, *l. In traditionibus, ff. de pactis. Filin. in tract. quando litteræ Apostolicæ, num. 1.* vers. *Corroborari potest.* *Rochus de iure patronatus, verbo, honorificum, quest. 18.* in fin. *Lambertus 3. part. lib. 2. quest. 5. art. 4. num. 8.* & *Peres l. 1. tit. 6. lib. 1. Ordinament. vers. Ex quibus.* *Hojeda de incompatibilit. benefic. cap. 23. num. 132.* & *cap. 24. nu. 107.* *Azeved. l. 14. tit. 3. lib. 1. num. 13.* *Gutierr. conf. 2. num. 3.* *Cened. collectan. 83. ad Decretal.* *Lara de anniversarijs, & capellis, lib. 2. cap. 2. num. 1.* *Covar. regul. peccatum, 2. part. §. 7. num. 5.* *Garcia de beneficijs, part. 7. cap. 16. num. 3.* *Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 4. quest. 25.* *Hieronym. Gonzalez de mensibus, & alternat. Glossa 5.* *Ratim in principio, num. 103.* ubi erudite de hæc materia. Ne alijs facta beneficij collatio valebit, si aliquis ex vocatis se opponat, & sibi fieri collationem petat. Ita *Cardin. conf. 48.*

Didacus Peres, ubi proximè, vers. Quod adeo procedit. *Gutierr. conf. 2. num. 3.* *Azeved. l. 14. tit. 3. lib. 1. num. 13.* *Cened. collectan. 83. in Decretal. & alij, cum quibus Garcia de benefic. part. 7. cap. 16. num. 6.*

Notabis tamen semper in his vocationibus præintelligendam esse conditionem, si habiles sint, non aliter *l. Ut gradatim, vers. Et si lege, ff. de muneribus, & honoribus, l. 1. §. Prator. ff. qui satis dare cogantur, & ibi Bartol. Iason. num. 4.* & *Orosius.* Appellat communem doctrinam *Azeved. l. 4. tit. 17. lib. 4. recopilat. num. 8.* docent speciatim in beneficijs *Azor. 2. tom. lib. 6. question. 25.* *Garcia de beneficijs, part. 7. cap. 16. numer. 12.*

Ex consanguineis præsentandus semper erit proximior, idque respectu fundatoris, non ultimi capellani, si nihil ipse declaret; de prima parte tenent *Lambertus 3. part. lib. 2. quest. 5. art. 4. num. 12.* *Corduba in summa, quest. 72.* ubi ait semper proximior ex habentibus qualitates à testatore, & institutore esse magis dilectum; ita etiam *Ludovic. Lopez instruct. conscientie, tom. 1. cap. 137.* & *tom. 2. part. 1. cap. 107.* *Emmanuel. Rodrig. tom. 1. summa, quest. 34. art. 7.* *Azeved. conf. 16.* in principio, à num. 12. usque ad 19. *Lara de anniversarijs, & capellis, lib. 2. cap. 2. num. 7.* *Garcia citatus, num. 17.* ubi bene resolvit argumentum, ex *l. Vnum ex familia, §. Si de falsidia, ff. de legat. 2.* De secunda parte idest de proximitate respectu fundatoris, tenent expressè *Cevallos commun. quest. 398.* *Lara de anniversarijs, & capellis, lib. 2. cap. 2. à num. 7.* cum *Lamberto*, quem ibi refert *3. part. lib. 2. quest. 5. art. 4.* quod limita, nisi vocatio fuerit ad instar maioratus, & fiat per verba de futuro, ex nomine, & familia fundatoris, quia tunc proximitas erit respectu ultimi possessoris, notant *Lara, & Lambertus, citati Cabedo 2. part. decis. 51. num. 4.* lege *Petrum Cavallum conf. 60. num. 8.* & 16. & de hac vocatione consanguineorum, vide *Doctores ad l. Cum ita, §. In fidei commissis, ubi Peralta, & Sarmient. ff. delegat. 2.* & *l. Si cognatis, ff. de rebus dubijs, Covar. practic. cap. 38.* *Iulium Clar. in §. Testamentum, quest. 76.* *Hieronym. Gabr. conf. 86. 107. 121.* *Menchac. de success. creat. lib. 3. §. 27.* *Simon de Pretis de interpretatione ultimarum voluntatum, lib. 3. dub. 3. solut. 3.* *Anton. de Petra de fidei commissis quest. 11.* *Mantica de coniect. lib. 8. tit. 12.* *Peregrin. de fidei commissis. art. 20.* *Anton. Thesaurus. qui plures refert decis. Pedemontan. 65.* & sequentibus. *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. numer. 46.* *Crasus de successione, §. Fidei commissis, quest. 18.* *Avendan. in l. 40. Tauri, Glossa 20. num. 17.* *Azeved. consil. 2. numer. 5.* *Mieres de maiorat. 2. part. cap. 8.* *Gutierr. practic. lib. 3. quest. 66.* & quest. 398. ubi non pauci. *Garcia de Beneficijs, part. 7. cap. 16. num. 19.*

30 An preferendus sit ad capellaniam sacerdos qui est per viam masculinam, illi qui per femininam? Vide scribentes ad l. maximum vitium, C. de liberis praterit, & resolve negativè cum Garcia citat. num. 21. Quia in capellanis huiusmodi non agitur de conseruanda agnatione. Si quæras, qua ratione faciendæ sint cõputationes graduum in capellanis, ad quas vocatur proximores cõsanguinei, iure canonico, an civili? Leges, quæ scribit pro ecclesiastico Cevallos comm. quæst. 198. num. 9. Parlador. different. 120. num. 11. Anton. Math. de via, & ratione iuris lib. 2. num. 14. Cæterum pro iure Cæsareo, & civili, leges ex iuristis Glossam. in §. Haftenus instit. de gradibus, & in l. iurisconsultus, verbo, item liberi, ubi Bart. §. final. ff. eodem tit. Imol. in rubrica, ff. solut. matrim. num. 6. Alex. in l. fin. Cod. unde legit. num. 7. Bald. Salicet. Alex. Iason & alij in l. fin. C. de successorio edict. Filin. in cap. ex litteris, num. 4. de constit. Goz. adm. cons. 19. Guillelmus in cap. Raynuntius de testament. verbo, & uxorem nomine Adalastiam nu. 85. Tiraq. de retract. linag. §. 1. Glossa 9. num. 22. Mieres de maiorat. lib. 2. quæst. 7. num. 11. Covar. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 6. num. 8. Carer. lib. 2. de spons. cap. 3. in fine. Garcia de benef. part. 7. cap. 16. num. 25. Ex Theologis Palludanus in 4. dist. 40. quæst. unica art. 3. conclusione 3. S. Antonin. 3. part. tit. 1. cap. 14. §. 2. conclusione 3. Angelus, verbo, matrimonium 3. impediment. 6. in principio Armilla, verbo, matrimonium, num. 22. Tabiena verbo, impedimentum impedimento 3. num. 2. quæst. 1. fine. Ludovic. Lop instruct. conscientia tom. 2. part. 2. cap. 49. ubi de impedimento consanguinitatis notabili 4. Henriq. lib. 12. cap. 19. num. 2. Rebel. de obligat. iust. part. 2. lib. 3. quæst. 5. n. 3. ubi se remittit sententiæ Covarruvia loco citato, Sanchez de matrimonio lib. 7. disput. 7. numer. 8. qui omnes aiunt, in successiõibus gradus numerandos esse ea ratione, qua eos numeravit ius Cæsareum, in matrimonijs verò dispositionem, & numerationem esse iuris canonici.

31 Quæstio celebris est. Vtrum in casu in quo non constat demente testatoris, ceseantur etiã vocati descendentes illegitimi? Placet in hac re aliquatulum immorari, dabit veniam lector, forsitan non sine magno suo emolumento, si attendat quam crebræ sint in hac re difficultates, & quantum operis, ac laboris in sumendum, ut ex longissimis authorum tractationibus, quasi è puteo aliqua veritas extrahenda sit: conabimur igitur extrahere, ac brevi papyro videndam, & fruendam omnium oculis exponere.

32 Adverto igitur 1. disponentem de cuius voluntate dubitatur, de re duplici posse disporre, de ea quæ ad splendorem familiæ suæ, & conseruandam domus nobilitatem spectet, vel de ea quæ nihil, aut parum huic fini conducit. Adverto 2. Disponentem vel posse disporre

per verba civilia, vel per verba naturalia: verba civilia sunt quibus uti solet, ut si vocet natos ex familia agnatione, domo, casata, profapia, genealogia, stirpe, stirpe sua, & similibus (Lusitane, aos de minha familia, casa, genealogia, profapia, tronco, descendencia, &c.) Verba naturalia (cum arguat logicus, verba significare tantum ex instituto, ne ipse arguam illum falcem velle immittere in segetem alienam) sunt ea, quibus effectus naturæ explicari solent; ut si vocet filios, nepotes, descendentes, consanguineos è sanguine, semine, generatione sua. Lusitane à meus filhos, netos, descendentes, de meu sangue, de minha geração, de minha semente, meus parentes, &c.

Adverto 3. dubium esse posse. Vtrum verba, quibus utitur disponens, sint civilia, & iuris, an naturalia sive naturæ. Adverto 4. Illegitimos hinc de quibus dubitatur varie considerari posse: vel ipsi sunt illegitimi in se, sed descendentes ex legitimis, vel sunt legitimi in se, & descendentes ex illegitimis, rursus vel ista illegitimitas, quam ipsi habent in se, vel ex ascendentibus suis, eos facit filios naturales vel descendentes ex filijs naturalibus, vel eos facit spurios, vel descendentes ex spurijs. 3. ista illegitimitas, vel est ex parte patris, vel ex patre matris. 4. vel ex damnabili, & punibili coitu, vel non. His positis, rem sic per sequentes cõclusiones deduco.

34 Prima conclusio. Certum est nullos vocari illegitimos (suppono nõ cõstare de contrario, quocumque modo constet) ad dispositiones maioratus, emphyteusis, capellanæ, quæ ad nomen conseruandum & familiam stabilendam, honorandamque domum, & progeniem instituuntur, de hac pauci dubitât, illã sequuntur quotquot aiunt illegitimos quoscumq; nullo modo pertinere ad familiam, stirpem, &c. Hi sunt Bart. in l. pronuntiatio, §. familia. num. 2. ff. de verborum signif. ibi Bald. num. 4. Angel. Imola, Alex. & alij in l. de factis, §. Si quis rogatus 1. ff. ad Trebel. Filin. in cap. in presentia de probationibus numer. 23. Guillel. in repet. cap. Raynuntius de testament. verbo, Raynuntius de Clera à num. 33. Rochus de iure patronat. verbo, competens quæst. 2. num. 10. Lambert. 2. p. lib. 1. quæst. 2. art. 27. Tiraq. cum multis de nobilitate, cap. 15. numer. 11. & sequentibus, & de retract. linag. §. 1. Glossa 8. num. 4. Paleotus de nobis, & spurijs cap. 59. & 61. Mieres de maiorat. part. 2. quæstione 2. num. 19. Mantica de coniecturis lib. 8. tit. 12. nu. 20. Menoch. de presumpt. lib. 4. presumptione. 88. numer. 5. & 13. Peregrin. de fideicommissi. artic. 12. num. 82. Farinac. in praxi criminal. 1. part. quæstione 13. num. 53. Tuscb. tom. 2. concl. 414. littera S. cum multis quos refert. Ex Hispanis Rojas de success. cap. 20. n. 104. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. nu. 46. & sequentibus, Villar. del patronado de Calatayud. 4. part. §. 3. nu. 30. Gutier. pract. lib. 2. quæst. 155. num. 1. & 3. Matienzo

in rubric tit. 1. num. 126. & in l. 7. tit. 21. Glossa 2. nu. 2. lib. 5. recopilat. Gregor. Lop. l. 1. tit. 11. part. 7. Glossa 4. Castillo, in l. 74. Tauri num. 24. Anton. Gomez in l. 7. Tauri num. 4. Vellafq de Avendan. in l. 40. Tauri. Glos. 11. num. 43. Cervantes in l. 10. Tauri, num. 34. Garcia de benef. part. 7. cap. 16. numer. 44. Gonçal de mensibus, & alternat. Glos. 5. ante §. 1. numer. 121. Ratio principalis est, quia per illegitimos non ita decoratur, & illustratur familiae splendor, & nobilitas, cum eorum pater sit incertus.

35 Secunda conclusio. Cum vocantur descendentes per verba iuris (de quibus nos in 2. advertendo) ut si vocet in lituens natos ex familia, domo, casata, prosapia, stirpitate, genealogia linea, stirpeve sua adhuc de iure communi censentur exclusi omnes illegitimi, vel ab illegitimis descendentes. Ita omnes supra citati, & in specie Bart. in l. pronuntiatio, §. familiae ff. de verbor. signif. Peregrin. de fideicommiss. art. 12 n. 84. Lara de anniversar. & capell. lib. 2. cap. 2. num. 25. ubi alios refert. Garcia de benef. part. 7. cap. 16. n. 43. Gonçal. de mensibus, & alternat. Glossa 5. ante §. 1. num. 121. Fundamentum est, quia tales non sunt de familia, domo, stirpitate, &c. vocantis, ut dixi in 1. conclusione. Quod est extra dubium, quando illegitimitas est ex parte patris quia illegitimi non dicuntur nec sunt de parentella patris ex Butrio in cap. per venerabilem qui filij sint legitimi, quae refert, & sequitur Alexand. Rochus & Libert. citati in 1. conclusione, & patet ex l. si spurij, ff. Unde cognati, & §. vulgo quesitos inst. de success. cognat. Filin. in cap. nonnulli, §. sunt, & alij, num. 56. de rescriptis, Tiraq. Guillelm. Bened. Rojas, & Mol. citati in 1. conclus. Pereterea spino de testam. Glos. 16. n. 26. Villalpand in l. 22. tit. 1. part. 7. §. 42. nu. 7. & alij multi.

36 Tertia conclusio. Si dispositio fit de rebus parum, aut nihil attinentibus ad splendorem, conservationem, & stabilimentum familiae, licet fiat per verba iuris de quibus in 2. conclusione, si illegitimi sunt legitimati à Principe, censentur vocati. Ita Tiraquel in l. si unquam, verbo, susceperit liberos, à num. 63. seu 77. Covar. in 4. 2. part. cap. 8. §. 8. num. 4. & §. 10. num. 2. Antonius Gomez in l. 9. Tauri, num. 66. & 69. Rojas de success. cap. 23. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. n. 44. & lib. 2. c. 11. n. 18. Azevedo in l. 6. tit. 8. lib. 5. recopilat. num. 4. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 173 & tom. 2. disp. 559 n. 5. Peregrin. de fideicommiss. art. 23. n. 26. Cavallos. com. quest. 2. à num. 114. tit. 15. part. 4. & ibi Gregor. Lop. Doctores Hispani scribentes in l. 12. Tauri. Canonista in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Fundamentum est, quia tunc legitimati censentur de familia per rescriptum principis, ac proinde ut tales vocantur à disponente, & si legitimatio fuerit à Pontifice, erunt capaces rerum ecclesiasticarum, puta ecclesiarum ad quas vocentur, qui sunt de familia, ut praeter citatos docent adhuc Tello in l. 12. Tauri, Ioan. Garcia de nobilitate. Glossa 21. Gama

decis. 21. & 279. & ibi Flores, qui plures refert. Casar de Grassis in suo decision. tit. qui filij sint legitimi, Suarius de censuris disp. 50 sect. 5. num. 7. Sayr. in thesauro lib. 6. cap. 11. num. 5. Avila de censur. par. 7. disp. 3. dub. 6. notabli. 4. denique Doctores scribentes in cap. 1. §. 1. de filijs presbit. in 6.

Quarta conclusio. Si dispensatio fit in rebus parum, aut nihil attinentibus ad splendorem, conservationem, aut stabilimentum familiae, licet fiat per verba iuris, de quibus in 2. conclusione, adhuc censetur, vocari naturales, ex parte matris. Ital. hac parte l. si spurius l. Modestinus, ff. unde cognati, spino de testament. Glossa 16. num. 31. & 60. Paleotus de nobis, & spurij cap. 41. num. 3. & cap. 43. num. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num. 85. Azevedo cons. 24. num. 37. Quod omnes etiam extendunt ad spurios, dummodo non sint ex damnabili, & punibili coitu, illos impediendo matribus succedere, ut bene advertunt Paleotus proximè citatus Covar. in 4. 2. part. cap. 28. §. 5. num. 15. Anton. Gomez l. 9. Tauri, num. 13. Molin. de iustitia tom. 1. tract. 2. disp. 167. de quibus etiam spurij ex damnato, & punibili coitu, qui nec patri nec matri possunt succedere, videre poteris, quae congerit, Emman. Barbof. in remissionibus ad ordinationem Regiam Lusitanam lib. 4. tit. 93. à num. 3. usq; ad 11. Ratio nostrae conclusionis est, quia naturales filij pertinent ad familiam, cognationem, & domum matris, ut probant leges si spurius, l. si Modestinus citata, & cum illis est coniunctio, ex parte matris, ut bene arguit Felin. cum multis in cap. non nulli, §. sunt de rescriptis, numer. 57. quia semper mater est certa, l. quia semper, ff. de in ius vocando.

Quinta conclusio. Si dispositio fit in rebus parum, aut nihil attinentibus ad splendorem, conservationem, & stabilimentum familiae, licet fiat per verba iuris, de quibus in 2. conclusione. Adhuc ex consuetudine vocati censentur in Hispania filij naturales. Ratio est, quia hi gaudent nobilitate parentum, ut patet ex l. 1. tit. 11. p. 7. & sunt de domo, genere, agnatione, stirpe, parentella eorum, ita Gregor. Lop. l. 1. tit. 11. part. 7. citata, Ioann. Garcia de nobilitate Glossa 20. n. 36. & Glos. 21. n. 33. Azevedo in l. 10. tit. 8. lib. 5. recopilat. n. 31. Cervat. l. 10. Tauri, n. 164. Cervall. q. 2. n. 47. & quest. 203. n. 6. qui plures referunt. Molin. de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 165. Villalpando in l. 22. tit. 1. part. 7. §. 42. numer. 3. sine. Rojas de success. cap. 15. num. 22. Matienzo in Rubric. tit. 1. num. 126. & sequentibus, & in l. 7. tit. 11. Glossa 2. num. 5. Guertier lib. 2. part. quest. 155. num. 2. & lib. 3. quest. 81. nu. 7. Flores de Mena quest. 16. §. 1. num. 9. & alij, quos refert, & sequitur Garcia de beneficijs part. 7. cap. 16. num. 49. In Lusitania idem videtur dicendum quia filij naturales admittuntur ad hereditatem, patrum non habentium legitimos, si ipsi velint eos ex testamento haeredes relinquere lib. 4. ordinat. tit. 92. §. 3. de qua Caldas Pereyra in l. si cura,

si curatorem, verbo, sine curatore, nu. 96. conclus. 2. & quest. forens. consil. 27. num. 8. Vallascus cons. 94. n. 8. Vide etiam remissiones Emmanuelis Barbof. ad citatum locum Ordinatio regia, num. 4. Naturales plebeorum certum est esse parentum hæredes æque, ac legitimos apud nostrates Lusitanos, lib. 4. ordinat. tit. 92. ante §. 1. Ac proinde certum est vocari, æque ac legitimos in quacumque dispositione. Videbis de hac ordinatione. Molin. tom. 1. de iustitia tract. 2. disp. 166. vers. de iure huius. Valasc. cons. 94. num. 9. Cabedo 1. parte decis. 100. & 101. Caldas Pereira in l. si curatorem, verbo, sine curatore, nu. 94. & quest. forens. lib. 1. q. 12. nu. 7. ubi resolvit hoc intelligendum de filiis in hoc regno natis, & non extra. Diximus de vocatione illegitimos cum fit per verba iuris, nunc dicamus de vocatione eorundem cum fit per verba naturalia, & exprimentia affectus.

39 Sexta conclusio. Cum vocantur descendentes per verba affectus nature explicantia, qualia sunt filij, nepotes, descendentes, Lusitani dicunt, meos filios, meos netos, meos sobrinhos, parentes de minha geração de meu sangue, & similia, & dispositio non pertineat expresse, clare, & aperte, ad splendorem, & stabilimentum familia; certum est, vocari legitimos ex illegitimis descendentes. Hanc probat multis Gonçalves de mensibus, & alternativis Glossa 5. ante §. 1. numer. 115. Primo quia prædictus nepos legitimus, est habilis, & idoneus, ad quascumque dignitates, & honores, quavis sit à patre spurio, cap. unquam dist. 58. 2. quia nepos legitimus natus ex patre spurio, potest legitimè hæres institui, tam abavo, quam ab alio quocumque Glossa, verbo, aperimus in l. final. Cod. de naturalibus liberis, Alex. num. 4. Iason. nu. 24. in l. Gallus, §. Quod si is, ff. de liberis, & posth. Covar. 4. decretal. 2. p. c. 8. num. 13. Anton. Gomez l. 9. Tauri num. 17. Paleotus de nothis, & spurij c. 55. n. 1. & sequet. 3. quia licet fœminæ excludantur à maioratu, & progenitura, seu fideicommissio, tamè earum filij admittuntur cum non agatur principaliter de conservanda agnatione, sed præcipuè fundatur in masculinitate, Decius, consil. 103. nu. 8. Rubeus, cons. 22. num. 12. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 48. Anton. Gabriel de fideicommiss. conclusione 6. num. 7. & 8. Mantica de coniecturis ult. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 53. & 54. lib. 5. tit. 14. num. 6. & 7. 4. quia filius legitimus ex patre spurio admittitur ad ius patronatus Anch. cons. 355. num. 1. Rochus de iure patronatus, verbo, competens alieni. quest. 2. num. 8. Lambert. de iure patronatus part. 2. lib. 1. quest. 2. art. 32. numer. 1. Gutier. cons. 3. num. 3. Navar. cons. 4. num. 2. de iure patronat. 5. quia filij legitimi licet sint in capaces eorū, quæ proveniunt ex persona patris illegitimi tamè sunt capaces omniū ex persona propria proveniētū Bartol. cons. 118. n. 1. & 2. lib. 1. Paleotus de nothis, & spurij c. 35. Caphalus cons. 103

num. 7. At certum est vocationem non convenire legitimo huic, à patre illegitimo, sed ab institutore vocante. Ita etiam tenent Peregrinus de fideicommiss. artic. 13. num. 89. Corduba in questionario quest. 72. in fine Ludovic. Lop. tom. 1. inst. cap. 137. & tom. 2. cap. 107. Emman. Rodrig. tom. 1. sum. cap. 179. in fine, & Garcia de benef. part. 7. capit. 16. nu. 44. qui meo iudicio veram attigit huius conclusionis rationem, qua ego sequentem conclusionem probabo, quia æque in ea militat, ac in præsentī.

Septima conclusio. Cum vocantur descendentes per verba affectus nature explicantia (de quibus superiori conclusione) ac dispositio nō est de rebus attinentibus ad splendorem, conservationem, & stabilimentū domus, & familiae, æque vocantur illegitimi in se etiam spurij, sicut legitimi, & semper descendentes à legitimis. Hanc probo ex l. final. C. de ijs qui veniam aetatis, quia verba naturaliter significantia sive (ut cum logicis loquar) affectus nature, non iuris civilis considerationes, & distinctiones attendentia, naturaliter etiam explicanda sunt, at æque naturales, si naturam spectes, sunt illegitimi, spurij, & ab illegitimis, & spurij descendentes, ac sunt legitimi: nam ut patet filium non esse legitimum, est de iure positivo, auth. quibus modis naturales efficiantur sui, §. si quis autem, vers. si quis ergo collat. 7. Ergo in illos naturaliter cadit affectus naturalis, ergo æqualiter vocantur, ac legitimi, ita tenet expresse de spurio in se Bartol. in l. pronuntiatio, §. familia, num. 1. Salazar de usu, & consuet. cap. 1. num. 57. Gonçalves de mensibus, & alternat. Glossa 5 ante, §. 1. num. 122. Navar. consil. 4. de iure patronat. Garcia de benef. part. 7. cap. 16. à numer. 46. Hinc colliges ad praxim in legatis, quæ relinquuntur pro alendis pauperibus scholasticis, maritandis puellis ex sanguine, parentella, & descendencia testatoris, æque venire legitimos ac illegitimos darique tantum præcedentiam ex proximitate cum vocante nō ex legitimitate, si reliqua non sint paria ut statim dicam.

41 Octava conclusio. Cum res est dubia. Vtrū verba vocantis sint iuris, an nature, interpretanda sunt pro natura, item cum dubitatur. Vtrum vocās voluerit excludere illegitimos, iudicandum est, in eorum favorem. Probatur. 1. quia in hos æque cadit affectus nature, ita Abbas in cap. nonnullis, §. sunt num. fin. de rescriptis, cum alijs adductis per Nau. cons. 4. de iure patronat. Gonçalves, ubi proximè num. 126. Garcia de benef. part. 7. cap. 16. num. 53. in fine Tiraq. in præfatione tract. de pia causa col. 7. vers. & facit pro prima parte, Mantica de coniectur. lib. 8. tit. 5. à numer. 16. Probatur 2. quia in dubio est præsumendum vocationē fieri magis ex affectione naturali,

tutabilis quam ex alia causa. Bald. in auth. ex testamento numer. 5. Cod. de collation. Decius cons. 120. numer. 4. Tiraquel. Mantie, Gonzales, Garcia, ubi proxime.

- 42 Nona conclusio. Vbicumque vocantur legitimi, ac illegitimi, proximiores, non est locus precedentia, nisi ex proximitate cum vocante; si tamen aequales fuerint in gradu, tunc legitimi, illegitimos precedent, habet duas partes conclusio, prima est de precedentia ratione legitimitatis, cum reliqua sunt paria. sic probabo, quia vocatio pendet a voluntate instituentis, & hic vult vocare legitimos, ac illegitimos secundum proximitatem cum ipso, ergo qui fuerit proximior, hic prior vocabitur. Hanc partem tenent auctores, quos pro septima conclusione citavi locis ibi allegatis, licet repugnet Emman. Rodrig. loco a me allegato in eadem conclusio, contendens etiam in casu, quo vocetur illegitimi, semper legitimos in se, licet sint ex illegitimis, praeferi illegitimis in se, licet sint ex legitimis, v.g. Petrum qui est ex legitimo matrimonio, licet filius ex illegitimo, Paulo qui est ex illegitimo coitu sed ex patre legitimo debere anteferri. Sed fallitur, quia haec ratio vocandi non est (ut dixi) legitimitas, aut illegitimitas, sed esse de genere, & sanguine vocatis, & magis, vel minus illi approximari; secunda pars conclusionis patet, quia ceteris paribus melior conditio legitimi, & filij patris legitimi, ita auctores 7. conclusionis, praesertim Gonzales de mensibus & alternat. Glossa 5. ante, §. 1. n. 124. vers. nec non. Garcia 7. part. de benef. cap. 16. numer. 53. Azavedo cons. 24. numer. 36.

- 43 In textu, ibi, In martyrio. Glossa explicat esse locum ubi sanctorum martyrum reliquiae coluntur; puta capellas erectas in titulum, ad quem possint saeculares ordinari, si fuerint perpetuae, non vero si fuerint manuales, & ad nutum, vide inferius in cap. sanctorum, n. 10. & 11.

- 44 In text. ibi, Aut in monasterio. Explico de beneficijs regularibus, quae dari solebant in titulum ipsis regularibus, de quibus in cap. cum de beneficio, de praebend. in 6. Clement. unica de supplenda negligentia praelat. Cosmas in pragmat. sanction. tit. de collat. §. Item placuit, verbo, regularibus Rebus in praxi, tu. regularia beneficia multiplicia, & in tract. de nominat. quest. 15. nu. 26. Corras. de benef. 2. part. cap. 5. numer. 6. Petrus Gregor. eodem tit. cap. 10. nu. 12. Peccius in regula benefic. in 6. Hoieda de incompatibilitate benef. in praefatione, numer. 6. Zerola in praxi episcopali 2. parte, verbo, beneficium, §. 12. & 19.

- 45 Qua ratione vero danda sint beneficia regularia regularibus, & saecularia saecularibus, videbis per Cosmam dicto tit. de collatione, §. illi

verò, verbo, religiosi, Rebus. in praxi tit. de dispensatione cum regulari, & tractat. de pacifica possess. num. 311. Corras. in 3. part. capit. 15. numer. 3. tract. de benef. Mandos. de signatura gratiae tit. de provisione, veri. beneficium regul. Covar. in cap. 2. de testamento. num. 2. Navar. cons. 3. de praebend. Hoieda, cap. final. num. 92. Flaminius de resignat. lib. 4. questio 5. Emman. Rodrig. regul. tom. 1. quest. 34. art. 3. Thuscus conclus. 67. luter. B. Gonzales de regul. mens. Glossa 7. num. 3. Glossa 8. a num. 44. Garcia de benef. part. 7. cap. 10. nu. 3. Aloysius Riccius in collectan. decisio, part. 4. collectan. 763. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 4. & alij, vide etiam de hac re dispositionem Triad. sess. 14. de reformat. cap. 10. de qua, Gonzales d. Gloss. 8. a numer. 77. Garcia d. cap. 10. a numer. 9. cum multis.

Certum tamen est, hodie regulares ordinati ad titulum professionis, quae habet vicem beneficij regularis de quo late Panormitan. in cap. super ordinata de praebendis Cardinal. in Clement. 2. de iudicijs quest. 12. Sylv. verbo, religio §. 10. Selva de benef. 1. part. quest. 2. num. 40. Rebuff. in praxi tit. regularia benef. num. 6. Henriq. lib. 10. de ordin. cap. 17. num. 3. littera S. ubi addit Henriq. quod eo ipso quo quis ordinatur ad titulum monasterij, censetur emittere professionem implicitam, praeterquam in societate Iesu, ubi in Comment. lit. V. allegat pro se cap. sanctorum dist. 70. & Navar. cons. 44. numer. 3. lib. 3. de regul. Idem Henriq. lib. 13. de excommunicatione, & suspensione cap. 37. num. 1. ubi littera C. allegat multos.

C A P. Sanctorum. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatus sine titulo, an maneat ordinatus?
- 2 Suspendio an incurratur sine culpa?
- 3 Suspendio nostri textus, an sit moderata per cap. cum secundum, de praebendis.
- 4 Ordinatus sine titulo, an maneat suspensus? & num. 5. 6. 7.
- 8 An saltem maneat suspensus ex bulla Xisti quinti?
- 9 Beneficium quo quis ordinatur, an debeat esse perpetuum?
- 10 Quae dicantur beneficia perpetua? & num. 11.
- 12 Incompatibilitas beneficiorum, quando ceperit; usque ad 20.

- 21 Munus, & officium Canonici, quale sit?
- 22 Canonicatus, & prabenda, an distinguantur?
- 23 Parochus an possit ab ecclesia abesse?
- 24 Prepositus, & œconomus, an si idem?
- 25 Quid sit prefatio?
- 26 Prefatio Beata Virginis quando ceperit?
- 27 Festum assumptionis, quando fuit institutum?
- 28 An per remotionem apellationis, removeatur appellatio necessaria?
- 29 Iurare an sit semper prohibitum?

IN textu, ibi, Irrita habeatur.

Similia habes in cap. *precedenti*, ubi vacuam haberi manus impositionem, & nullum tale factum valere, quod Glossa hic, & in cap. *precedenti*, explicat non valere, & irritam esse, quo ad executionem ordinum, est enim virtute huius textus ordinatus sine titulo, suspensus ab ordinum exercitio, licet verè manserit ordinatus. Ita *Mazol. lib. 4. de irregularitate cap. 15. statim in principio. Navar. cons. 14. num. 1. de tempore ordinat. Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 33. Sayr. in thesauro lib. 4. cap. 14. num. 16. Henric. lib. 13. de excommunicat. & suspens. cap. 37. num. 1. ubi. lit. I. plures refert. Avila de censur. part. 3. disp. 5. dub. 4. conclus. 2. Valerius Reginald. lib. 32. tractat. 2. cap. 24. sect. 3. num. 72. Tolet. lib. 1. sum. cap. 48. num. 28. Garcia de benefic. part. 2. capit. 1. numer. 16. ubi omnes, & per eos, ibi allegati huius textus meminere.*

2 Sed dubium erat, an hanc suspensionem incurrant, qui absque peccato (puta ad præceptum sui episcopi) ordinantur sine titulo? Affirmat *Suar. de censur. disput. 31. sect. 1. num. 33.* dubitat, & probabilius, *Garcia* proximè citatus, numer. 18. quia cum hæc sit pœna gravissima imposita ipsi ordinato, incurri sine mortali vix posse videbatur.

3 Certum verò est hanc suspensionem huius, & præcedentis capitis, moderatam saltem esse (an verò omnino sublatam statim dicam?) per *Innocent. III. in cap. cum secundum, de prabend.* ubi ait: ordinatis sine titulo episcopum ordinantem, vel eius successores, teneri de alimentis necessarijs providere, donec de beneficio competenti provideant, inde mutata est pœna suspensionis præcedentis *cap. neminem, & presentis cap. sanctorum*, in hanc, ut ordinator, vel successores teneantur providere ordinato de victu, & necessarijs, donec beneficium competentis assignent; ita omnes AA. quos priori *na,*

citavi. Eadem iam præceperat *Alexand. 3. in cap. episcopus, eodem titulo*, ut bene notat *Quintanaduenb. ecclesiast. benef. lib. 3. numer. 14. & 16.*

Dubitant graves AA. Vtrum in totum sublata sit hæc suspensio per *cap. cum secundum*, ita ut ordinatus sine titulo quomodocumque ordinetur, liber maneat ab illa, & hæc capita sint omnino correctæ; an incorrectæ maneat? Si ordinatus sine titulo fuerit in culpa, quod episcopum falsis probationibus, & mendacijs dicendo patrimonium esse verum, fefellerit. Omnino sublatam esse hanc suspensionem, si ordinatus fuerit in culpa, si non per dictum *cap. cum secundum*, docent *Abb. in c. nō liceat*, quod est 2. de prabend. *Navar. sibi contrarius*, ut statim referam, *cons. 19. num. 2. de tempore ordinat. Sayr. in thes. lib. 4. cap. 14. num. 16. Vgolin. de irregular. cap. 61. num. 7. Genuens. in praxi, archiepisc. Neapolit. cap. 81. num. 12. Gonçalves de mensibus, & aliter Glossa 5. §. 10. numer. 25. & 27. cum sequentibus, Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 22. ubi dicit communè per *Imol. in cap. non liceat, de prabend. Gutier. pract. quest. lib. 2. quest. 65. num. 1. vers. nec opinio, Medina Cened. ad Decretal. Collectan. 33. nu. 2.* Tenent præterea ex Patribus societatis Iesu *Henric. in sum. lib. 10. cap. 17. num. 3 & in commentar. littera O. & lib. 13. cap. 33. nu. 2. Avila de cens. part. 3. disp. 5. dub. 4. conclus. 2. Tolet. lib. 1. summa, cap. 48. num. 28. edit. Duaciana anno 1608.* Fundamentum est, quia etiam in *cap. neminem, & cap. sanctorum*, suspensio imposita ordinato sine patrimonio, erat in odium ordinantis, ac proinde melius mutata est in prænam, quæ ipsum tangit; id est obligationem sustentandi ordinatum, donec ei de beneficio provideat.*

Aiunt in partem tantum sublatam esse hæc suspensionem, per *cap. cum secundum*, nimirum cum episcopus ordinans in culpa est, manere verò incorrectam, cum ordinatus probationibus falsis, & mendacijs decipit episcopum, persuadens illi patrimonium, & titulum esse verum, *Anton. de Butrio in cap. non liceat, de prabend. & ibi Decius nu. 30. Navar. cons. 1. quest. 16. num. 45. de constit. & cons. 14. nu. 3 & consult. nu. 1. de tempore ordinat. Vivald. cum multis in Candelabro, tit. de suspens. num. 28. §. quibus omnibus Graff. in decis. auriis, lib. 2. cap. 97. num. 66. part. 2. Suar. de censur. disput. 31. sect. 1. num. 33 & num. 35. Petrus Ledesm. in summa part. 1. tit. de Sacramento ordinis cap. 7. conclusione 9. difficult. 2. Reginald. in praxi fori panit. lib. 3. tract. 2. cap. 24. sect. 3. num. 72. §. tria consequenter.* Moventur, quia alioquin lucrum ferret hic de dolo suo, & sine causa Pontifex episcopum ordinantem obligaret ad illum sustentandum, eiq; providendum. Sed huic fundamento bene occurrit *Gonçal. dicta Glossa 5. §. 10. à num. 31. & Garcia dicto cap. 5. num. 33.* cum multis, qui reholvunt episcopum non teneri alere fallentem se falsis probationibus, & mendacijs,

facijs, unde omnino sublata esse hanc suspensionem per *cap. cum secundum*, citatū, videtur probabilis.

6 *Trident. sess. 21. de reformat. cap. 21.* ubi agit de ordinatis sine titulo, antiquorum Canonum penas super ijs innovat, unde dubitat A.A. an innovetur hęc suspensio *cap. sanctorum*, cum sit contra ordinatos sine titulo. Putant innovari, *Mayr. de irregular. lib. 4. cap. 15. Salz. ed. in praxi 21. Bernar. Dias cap. 18. nova addit. num. 1. Spino de restim. Glossa 18. num. 75. Zerola in praxi episcopa. verbo, dimissoria, §. 6. & verbo, irregularitas, §. 2. Em. in Rodr. tomo 2. summa cap. 15. num. 1. Paulus Comitot respons. moralium lib. 6. quest. 38. Sanch. de matrimon. lib. 6. disp. 32. n. 8. Luccius Orti. in summa, resolut. 10. de suspens. notabil. 5. Navar. cons. 1. q. 16. de cons. & consulti. de temp. ordinator. Quidquid antea indicaverit, *Graff. d. num. 66. Flaminus de resignat. lib. 2. q. 6. num. 18. Suar. de censur. disput. 31. section. 1. num. 36. Ledesm. 2. 4. questione 26. artic. 2. fol. 361. Cavallos tom. 2. contra communes quest. 707. num. 13.* Qui omnes aiunt omnino innovari hanc penam, siue quia sublata non erat per *cap. cum secundum*, de prabendis, cum ordinatus decepit episcopum circa titulum suum, siue quia licet sublata sit, renovata est, & vigore restituta per idem Trident. quia ipsum simpliciter innovat canones antiquos, quorum unus est *c. neminem*, & *c. sanctorum*.*

7 *Verius est quod diximus, nimirum cap. sanctorum*, casatū esse per *c. cum secundum*, ac proinde Trident. tantum innovare penam *c. cum secundum*, quæ est tantum adversus ordinantem, non vero ordinatum; ita tenent omnes quotquot citavi *num. 4.* quibus adde *Vivaldum in candelab. 2. part. de suspens. nu. 28.* qui ait, ita declarasse congregationem Cardinalium, & se vidisse, legisseque totam declarationem anno 1583. ita refert etiam, & ponit declarationem *Garcia part. 2. de benef. cap. 5. num. 29.*

8 *Aliter erant suspensi, qui ordinabantur sine patrimonio, aut beneficio ex Bulla Xisti V.* (quæ est 28. in ordine inter Bullas Xisti V.) suspensione Pontifici reservata, ita ut nec per Iubilæum, nec Bullam Cruciatæ ab illa absolvi possint. Verum cum hęc constitutio sit reducta à Clement. VIII. anno 1596. Kalendis Martij, pontificatus sui anno 5. ad terminos sacrorum Canonum, & constitutionis Pij. V. non est cur in illa immoremur. De Bulla Clementis VIII. videri possunt *Sayr. in thesauro lib. 4. c. 17. infn. Em. in Rodr. tom. 1. q. 20. art. 13. Suar. de censur. disp. 31. sect. 5. numer. 6. Sanch. de Matrim. lib. 7. disput. 49. num. 10. Gonçal. de mens. & altern. Glossa 15. num. 128. Zerola in praxi 2. part. verbo, ordo, §. 3. & 8. & verbo, irregularitas, §. 2. Quamvis ibi dicat illam reductam esse ad terminos iuris per Gregor. 14. cui successit Innocent. 9. per menses duos, & deinde Clemens VIII. anno*

1592. electus. Duravit in suo vigore Bulla Xisti V. ab anno 1589. à nono die Ianuarij in quo edita est, usque ad annum 1596. Kalendis Martij, quibus emmendata est per Clementem VIII. ut dixi. De Bulla Xisti late *Candelabrum aureum in fine, & scribentes de suspensione. Henric. Suar. Ayala, & multi apud eodem.*

In textu, ibi, Perpetuo. Nam ipsum be-

neficiū ecclesiasticum, siue titulus, de quo hic, perpetuitatem ex se habet, iuxta beneficii ecclesiastici definitionem, quam collectam ex Innocent. & Honorio in *cap. relatum 9. de prebendis* affert. *Navar. quest. 1. de reddit. ecclesiast. cap. 3. Duar. lib. 2. cap. 4. Lessius lib. 2. de iustu. cap. 34. dub. 1. num. 1.* ubi omnes dicunt, esse ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis, propter aliquod officium spirituale, auctoritate ecclesie institutū; & quidem hanc perpetuitatem in beneficijs secularibus (de regularibus quæ non sunt curata, & electiva statim dicam) probat *Glossa in cap. unico de capellis monachorum in 6. verbo, perpetui, Abb. in cap. 2. de arbitrar. notab. 2. Cassadorus de prebendis decis. 4. num. 22 & decis. 9. nu. 9. Felin. in cap. in nostra, num. 9. de rescriptis. Probus in cap. Nullus, num. 17. de temp. ordinar. in 6. Mandos. questione 11. regul. 3. Cancell. Flaminus de resignat. benef. quest. 3. num. 92. Gonçal. de mens. & altern. Glossa 1. §. 6. num. 7. & perpetuum quid importet, Glossa verbo, perpetuum in cap. extirpanda 30. de prebend. Glossa 1. in cap. fin. de rescriptis lib. 6. Glossa, verbo, per electionem in Clement. 2. de rescriptis. Menoch. cons. 29. numer. 28. & con. 95. num. 4. Boetius decis. 182. num. 6.*

De beneficijs regularibus non curatis, & non electivis, tenuerunt multi non esse perpetua. Ita *Cassadorus decis. 4. numer. 3. & decis. 9. de prebendis, numer. 12. Achil. de Grassis decis. 242. seu nona de prebendis, num. 3. Selva de benef. part. 3. q. 21. Rebass. de pacifica possess. à num. 529. aliàs 272. Cosmas in pragmat. sanct. titul. de collatione, §. Item placuit, verbo, perpetuis. Mandos. regul. 3. Cancellaria quest. 10. num. 5. & questione 11. num. 3. Eius filius Horat. Mandosius de privilegijs ad instar. Glossa 6. num. 5. Flaminus de resignat. benef. lib. 11. quest. 3. num. 81. Gonçal. de mensibus, & alternat. Glossa 5. §. 6. ex num. 7. & num. 51. Garcia de benef. part. 1. cap. 2. num. 66. Verum eorum fundamenta, nimirum hęc beneficia esse temporalia optimè dissolvit *Lessius citatus dicto lib. 2. cap. 34. dub. 1. num. 3.* dicens, id non habere ex sua institutione, quæ perpetua est, sed ex voluntate Papæ, qui ex iustis causis, perpetua potest facere temporalia.*

Vnde etiam infert *Lessius Pontificem de plenitudine potestatis suæ, posse facere etiam beneficiū seculare perpetuum, temporale;* ita ut

ita ut non detur nisi ad tempus, quod tamen non tollit beneficium esse perpetuum. Lelsiū quo ad hoc 2. de beneficio seculari perpetuo, facto tamen temporali, ex plenitudine potestatis Pōtificiæ, sequuntur Doctores in cap. si graiose, & cap. unic. de capellis Monacho. & ibi Glossa. Felin. in cap. in nostra, de rescriptis num. 9. & in c. fin. de iudic. Probus in cap. nullus, num. 17. de temporibus ordinat. in 6. Selva de benef. quast. 21. Rebuff. in praxi, in requisita ad collationem, numer. 13. & 14. Mandosi regul. 3. Cancellar. quast. 11. nu. 3. Flaminus de confidenti. quast. 18. num. 4. Garcia de benef. part. 1. cap. 2. num. 71.

12 In textu, ibi, In duabus aliquem intitulari. Octo tempora considerare soleo pro incompatibilitate beneficiorum.

13 Primum tempus, Concilij Chalcedonensis anno 451. de quo dixi in cap. Canones 1. num. 27. dist. 15. ubi cap. clericum 11. quast. 1. ibi, clericum in duabus ecclesijs civitatum conscribi non oportet; sancitum est contra pluralitatem beneficiorum extra eandem civitatem.

14 Secundum tempus, Concilij Nicæni 2. Pōtificatu Adriani 1. celebrati anno ad plurimū 789. ut dixi in cap. sancta 8. num. 7. distinction. 16. ubi interdicta est pluralitas beneficiorum nominatim in urbe Constantinopolitana, ut refertur in cap. Clericus 1. 21. quast. 1.

15 Tertium tempus est, Concilij Placentini, sub Urbano 2. qui sedit ab anno 1087. minus vè ad annum. 1099. per annos 11. 4. menses dies 18. iuxta Bellarm. ab anno vero 1088. iuxta Baron. Vide quæ dixi in cap. eos qui 10. dist. 32. num. 1. quo præsens cap. sanctorum conditum est, in quo pluralitas titularum universim prohibetur.

16 Quartum tempus est ab hoc Concilio Placentino, usque ad Pontificatum Alexandri 3. quod incidit in annos Christi servatoris 1160. usque ad 1181. sed non ita extendo hoc quartum tempus, ut transfiliat: pertingat tamen annum Domini 1180. in quo celebratum est generale Concilium Lateranense, inter Concilia huius nomenclaturæ tertium. Quo tempore retinenti duo curata beneficia dabatur optio, ut quod vellet retineret, alterum demitteret, nec vacabat primum affectatione secundi; ita cap. referente, & cap. præterea de prabend. quæ sunt Alexandri tertij ante tertium Concilium Lateranense.

17 Quintum tempus est dicti Concilij Lateranensis 3. sub Alexandro III. anno ut dixi 1180, in quo cautum est, ut nullas diversas dignitates, & plures ecclesias reciperet, alioquin privaretur secunda, & conferens, potestate conferendi, pro illa vice; ita cap. nonnulli de prabend.

itaque sublata est optio eligendi quod malet e duobus, de quo in 4. tempore privatio tamen secundi, non erat ipso iure, sed per sententiã iudicis facienda.

17 Sextum tempus, est Concilij Lateranensis 4. sub Innocentio 3. qui sedit per annos 18. menses 6. dies 9. ab anno 1198. usque ad 1216. coactum est Concilium, iuxta Bellarminum, anno 1215. hoc igitur Concilio statutum fuit, ut si habens beneficium curatum, aut personatum, aut dignitatem, reciperet secundum, seu secundam, ipso iure vacaret primum, & si illud possidens retinere contendisset, etiam secundo spoliaretur per sententiã; ita cap. de multa, & cap. dudum de prabend. Idem etiam statutum fuit in officijs c. 1. de consuetudine in 6. in beneficijs regularibus curam animarum habentibus, si cura per alium deberet exerceri, & in dignitatibus regularibus etiam manualibus, ex cap. cum singula, de prabend. in 6. Vide Garciam de benef. part. 1. cap. 5. num. 8.

18 Septimum tempus est, extravagantis execrabilis de prabendis quam condidit Ioannes 22. qui sedit annos 18. menses 3. diebus 18. ab anno Christi Domini 1316. usque ad 1334. Statuitur hac extravagante execrabilis ut recipientes secundum beneficium curatum, aut dignitatē, personatum, seu officium, primum quod ipso iure vacat, postquam secundi possessionē habuerint, vel per eos steterit, quominus habeant absque moræ dispendio, coram ordinarijs demittere debeant, verbo, & facto, ac sine fraude, sub testimonio publico, alioquin ex tunc sint, ipso iure, etiam secundo privati; & ad sacros ordines suscipiendos, & habenda quæcumque beneficia inhabiles. De hac extravagante execrabilis late Garcia de beneficijs part. 1. cap. 5. à num. 17. cum multis.

19 Octavum tempus est Concilij Tridentini, quod ceptum est celebrari sub Paulo III. anno 1545. finitum sub Pio IV. anno 1563. quo cavetur sess. 7. de reformat. cap. 4. ut quicumque de cætero plura Curata, aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu cōmendæ perpetuæ, aut alio quocūq; nomine, & titulo contra formam sacrorum canonū, & præsertim Constitutionis cap. de multa de prabend. (de quo in sexto tempore) recipere, aut simul retinere præsumpserit, beneficijs ipsius iuxta ipsius constitutionis caput, de multa dispositionem, ipso iure etiam presentis canonis vigore, privatus existat, ex quibus aperte constat quæ sint beneficia incompatibilia, & quæ vacari dicantur per affectationē alterius; de quo videri possunt Hojeda de incompatibilit. benef. part. 1. cap. 13. à num. 14. usque ad num. 59. Duēnas regul. 71. Lelsius lib. 2. de iustit. cap. 34. dub.

57. *Ann. 137. Garcia de benefici. part. II. toto cap. 5. ubi, §. 1. à num. 100. de vacatione beneficii p[ri]mi per a[sc]ensionem secundi incompatibilis, & §. 2. à num. 182. de incompatibilitate beneficiorum simplicium. Videndi sunt etiam Azor. part. 2. lib. 6. cap. 130. Flamin. de resignat. lib. 3. quest. 1. à num. 121. Prosper. de Augustino in addit. ad Bullam, verbo, beneficiorum resignat. causa 9. Tuschus littera B. conclus. 64. & 66. Achil. de Grassis decision. 1. & 2. de elect. Aloysius Riccius in collect. part. 3. col. 1. & 74. Mascard de probat. conclus. 183. Gonzales ad regul. 8. Cancel. Glos. 5. num. III.*

21 **In textu ibi, Canonicus habeatur.**

Quod sit munus, & officium canonici, tractat late Azor p. 2. lib. 3. cap. 11. quest. 12. ubi q. 2. de duplici canonico cathedralis, & collegiatæ ecclesie & q. 13. de canonico supernumerario. Sed ne in evoluendo hoc auctore, vel levissimam habeas lassitudinem, iuvat hoc loco totâ hanc materiam paucis inculcare. Ut verò à fonte exordiamur, plurimi auctores crediderunt, nomen canonici dictum esse à canone, quatenus significat annonam, sive portionem statutam, veluti pro sustentationis stipendio. Ita Azor. cit. cap. 11. quest. 1. Quimaduen. lib. 4. num. 25. Petr. Greg. Synt. lib. 15. cap. 23. & alij quos omitto. Verior tamen illorum videtur opinio, qui existimant canonicos dici à canone, id est regula, vel statuto, ut constat ex cap. 1. dist. 3. eo quod in primitiva ecclesia, omnes canonici cum suo episcopo, sub certa regula, mensaque communi vivebant, caput dilectissimus 12. quest. 1. Zerola in praxi, verbo, canonici. §. 1. Antonius Faber. tit. de dupl. benef. num. 27. ubi ex Celio Rhodiginio lect. antiq. lib. 5. cap. 11. egregie adnotavit, quod sicut in schola Pythagorica, qui primas partes in ad iudicando tenebant, canonici, sive armonici dicebantur; ita in Christi schola, quæ est ecclesiastica, clericos primi ordinis, digniorisque gradus canonicos appellari. Officium autem canonicale in duobus præcipue consistit, nempe stalli in choro, cum participatione divinorû; & loco in capitulo, ut probatur cap. Relatum. cap. dilectus, c. pro illorum, c. dilecto, de prabend. Petr. Greg. citatus num. 12. Zerola num. 4. officium verò chori, & participationis divinorum breviter describit Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. ubi vide.

22 **In textu ibi, Canonicus tamē præbendarius.** Verum canonicatus, & præbenda distinguantur, videbis per Azor num. superiori citatum quest. 2. ubi ait canonicatû, esse ius percipiendi præbendam, hoc est, certam portionem fructuum, notatur ad cap. cum Martinus de constit. & cap. fin. de prabend. præbendam verò esse ipsam partem fructuum. Dubitant aliqui an, quando ad pe-

tionem rogantis Pontifex concedit beneficium, quod vacaret in cathedrali, intelligatur præbenda canonialis? Negant, & bene, Archidiacon in cap. alienationes, 12. quest. 2. & in cap. qui non de sacerdotali, de prabendis in 6. Abbas in cap. fin. de prabend. & cap. postulasti, de rescriptis, & ibi Felin. num. 4. & in cap. in nostra, corol. 39. de rescriptis, Corras. de benef. part. 1. cap. 5. n. 4. Garcia de benef. part. 11. cap. 6. num. 51. Quod procedit etiam si fiat in litteris specialis mentio de cathedrali cap. Quavis 12. de prabendis in 6. Calderinus cons. 31. de prabendis Staphileus titulo de modo, & forma inveniendi, §. circa 3. numer. 6. Felin. in dicto cap. nostra Selva 3. de benef. questione 11. 21. qualitate num. 38. ad quem refert se. Flaminus de resignat. lib. 10. questione 2. numer. 25. & Franciscus Marcus decisione 525. qui duo ponunt declarationes, & fallentias.

In textu ibi, Vnius Ecclesie.

Sunt enim incompatibiles duo canonicatus in diversis ecclesijs, & duæ præbendæ in ecclesia collegiata, vel cathedrali, cap. litteras, de consecratione prabend. cap. 1. de consuetud. lib. 6. cap. non potest. 21. de prabendis. Ratio fundamentalis maxime post Trident. sess. 24. de reformat. cap. 11. est quia, canonici tenentur ad residentiam, ita ut non liceat eis vigore alicuius statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses etiam continuos (ut sancta congregatio super Tridentin. declaravit) ecclesijs quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitij tempus requirunt, de quo vide, quæ docte tractat Garcia de benef. part. 3. cap. 2. per totum, & de residentia beneficiorum ad quæ scripserunt Flaminus de resignat. benef. lib. 1. quest. 10. Anton. Gomes in explanatione cruciata cap. 7. clausula 4. à num. 15. Albertus Trotius de vero, & perfecto clerico lib. 2. cap. 44. Selva de benef. 4. part. à quest. 1. & præcipue 6. Rebus in praxi tit. de dispensat. de non residentibus, & in repertorio cap. extirpanda, §. qui verò, de prabendis circa 4. Abbatis questionem, & in tract. de privilegijs scholarium privileg. 31. Bern. Dias, & ibi Salzedo in pract. crimin. c. 52. Covar. lib. 3. var. c. 13. n. 3. Navar. in man. cap. 25. à nu. 120. Mayol. de irregularit. lib. 10. q. 3. art. 1. & seqq. Rosella Sylvest. Armilla, verbo, residentia, Augustinus, verbo, clericos 7. Ludovicus Lopes tom. 1. instrud. conscientie cap. 147. & duobus seqq. Emman. Rodrig. in summa tom. 2. cap. 33. & sequentibus. Ioan. Bapt. Corradus in responsionibus casuum conscientie, q. 317. Sed verb. residentia. Azor 2. p. lib. 7. c. 3. usq; ad 7. Lessius lib. 2. de iust. c. 34. dub. 29. à n. 153. ubi omnes agunt de causis excusantibus à residentia, quod totû procedit in canonicis semipræbendis, qui verè, & propriè canonici dicuntur, & debetur eis locus in capitulo, cum huiusmodi canonici quotidie recipiuntur ad osculû pacis, quod propriû est canonicorum, cap. dilecto 25. de prabend.

In tex-

24 **In textu, ibi. Præposito maioris ecclesiæ.** Hunc Præpositum ecclesiasticum dicebant olim Græci *aconomum* cum scilicet, qui proventus ecclesiasticos administrabat, & secundum episcopum, plebem moderabatur. *Iustinianus in novella 67. §. 2. & lib. 1. feudorum tit. 1. §. 1. & eodem lib. tit. 32.* iunguntur, & sæpe Abbas, Præpositus, Custos, ut *lib. 2. feudorum tit. 54. l. 18. & 19. & lib. 3. tit. 10. l. 1.* Dicebantur Præpositi in militia Romana, qui sub Tribunis certo militum numero præerant, *Suetonius in Othone, Modestinus l. 3. §. ult. ff. de re militari, idem etiam lib. 6. §. ult.* Dicebantur etiam Præpositi, qui horreis, & pagis præerant, ut in *rubrica Cod. de susceptoribus, & præpositis.*

25 **In textu, ibi, Nouem præfationibus.** Dicta est præfatio quoniam ea præfatur sacerdos populum, atq; illum excitat, ut attendat sequentibus mysterijs, incipitque à salutatione, *Dominus vobiscum,* nã per omnia secula seculorum, antecedens, claudit, & pertinet ad orationes secretas antecedentes. De antiquitate præfationum multa *Micrologus, & ex Clemente Romano, Cypriano, Chrysost. Basil. Ambros. plura Durand. in lib. 2. de ritibus ecclesiæ catholica cap. 30.* Novem Præfationes antiquissimæ sunt, ut constat ex responsione *Pelagij 2. qui sedit ann. 12. mens. 3. ab anno Christi Domini 578. Episcopis Germaniæ, & habetur in cap. invenimus, de consecratione distinctione 1. quæ ibi nominantur.* Adde *Henriq. lib. 9. de missa, cap. 33. num. 2. & in commento littera H. I. K. L. Suerium tomo de sacram. disp. 84. sect. 1. §. Sexto potest.*

26 **In text. ibi, Decima addita est.** Urbani II. tempore addita est præfatio *Beatissimæ Virginis Mariæ in Concilio Placentino,* quod celebratum est circa annum 1080. testatur *Azor. part. 1. lib. 12. cap. 34. quæstion. 11. §.* Porro præfationes, Verum *Bellarminus in chronologia scribit Urbanum 2. sedisse ab anno Christi Domini 1087. usq; ad 1089. intra quod tēpus oportuit celebrari Concilium Placentinum.*

27 **In textu, ibi, Vel assumptione.** Non intelligas institutam fuisse festivitatem assumptionis *Beatæ in Concilio Placentino,* sub Urbano 2. nam ab Apostolis institutam fuisse, non improbabilis est opinio, ut eam appellat *Suar. tom. 1. de religione lib. 2. de diebus festis cap. 8. n. 24. Azor. part. 2. lib. 1. cap. 20. q. 1. §.* Caterum hoc existimat incepisse statim post Ephesinũ generale Concilium, quod celebratum est anno Christi 431. contra Nestorium sub Celestino I. qui sedit ab anno 424. usque ad 432. Recurre ad *cap. Sancta dist. 15. n. 38. & sequentibus.*

Maximum sunt illius authoritatis argumentũ homilia antiquorum Patrum, de quibus *Suar. tom. 2. in 3. part. qui est de vita Christi disp. 21. & 22. Azor loco proxime citato Ribadeneyra mense Augusto die 15. in hoc feste De præcepto colendi hoc festum habes in cap. pronunciandum de consecratione dist. 3. & in cap. conquestus de ferijs, ubi DD. eiusdem meminere. Concilium Moguntinum sub Carolo Magno cap. 36. Falsus verò est *Ioã. Andr. in cap. licet de ferijs, ubi ait, observationem huius festi esse de iure divino. Vide Soar. dist. tom. 1. de religione lib. 1. cap. 2. nu. 24. ubi quætionē latè explicat. Sed me hoc loco rapit magnæ matris amor, & erga Sanctissimam Virginem, ac Deiparam movet observantia, ut has Doctorum scholasticas quætionem aliquando fastidiosas, aliquo humaniorum litterarũ fale reddam tēperatas. Hanc igitur illius Assumptionis pompam, hanc cælo, terræque cõmunē lætitiã, hanc assumptæ Virginis maiestatem omnibus Angelorum choris superiorē, egregiè descripsit Emmanuel Pimenta Societ. Jesu poematum tom. 1. lib. 6.**

*Astra super regina feror rediviva triumphis;
Fallitur, & tumulo qui petii oſa meo.
Ardua cum magno teneo fastigia nato:
Sub pedibus video currere secula meis.
Me tamen inveniet, qui me bene quarit in orbem;
Natorum in casto corde superstes ero.*

Illud obiter adnotantum cū Patribus, ac Theologis, in festo Assumptionis tria Virginis festa celebrari, qualia sunt: felicissimus eius obitus, qui beatissimam illam animam à corpore dissolvit, in cælos assumptio, & tandem coronatio, per quam cæli, terræque potestas illi tanquam Reginæ tradita est ex qua novi regni, imò novæ Reginæ in auguratione, Infernis exitum, superis gaudium, hominibus ortur spes: quod eleganti carmine expressit *Constantius Pulcharellius lib. 1. Carminum, poemate 6. in triumpho B. Virginis.*

*Regina Deum iam reddita cælo,
Exitum Divi, spem nostris addere votis
Incipit, & charos ad sidera posuit amantes.*

In Glossa, verbo, in duabus, 28
ibi, Per remotionē appellationis.

Ait per remotionē appellationis nõ removeri necessariam, vel probabile appellationem, de quo vide *Marantã de ordine iur. p. 6. act. 2. de appellat. n. 336. ubi de clausula appellationem mota, & quid ea operetur. Vide etiam Casdofum Lusitan. in praxi iudicium, verbo, appellatio n. 33. Multa de appellatione, & eius remotione, aut admisione, Emmanuel Barbosa Lusitanus in remissionibus, ad ordinat Lusit. lib. 3. tit. 70. à n. 1 usq; 23 & 1010 §. 1. 2. 3 usque ad 10. Vivius de iur. 69. Aloys. Riccius collect. 135. & collect. 1081. verb. litema §. Ita remota*

dispensatione, non intelligitur remota, nisi indilcreta. Vnde infert Glossa quod episcopus ex iuxta causa, potest dispensare circa pluralitatem beneficiorum. cap. Omnes de consecratione distict. 1. Archidiacon. hic nu. 3. quod intelligo verum in beneficijs simplicibus, ut ait etiã Glossa, verbo, noscatur in cap. litteras 9. de concess. prab. Glossa 4. ad finem, in cap. dudum 2. de electione, & in cap. 1. de consuetudine lib. 6. & in cap. super eo de prabend in 6. Vide Hojeda de incompat. benef. 2. par. cap. ult. num. 16. Abbas in cap. extirpanda, §. Quia verò num. 39.

29 In Glossa, verbo, in duabus, ibi, Cū Dominus prohibuit iurare. Ait Christum Dominum non prohibuisse iuramentum necessarium, sed temerarium, locus est Math. 5. num. 24. ibi, ego autem dico vobis, nolite iurare omnino, de cuius explicatione videndus est late Maldonatus, ibi Iansenius cap. 40. concordia Barradas tom 2. concordia lib. 7. cap. 20. Suar. tom 2. de religione lib. 1. de iuramento cap. 2. à num. 9. usque ad 17. ubi etiam cap. 4. & 7. ait de fide esse iurandi actum, non esse simpliciter, & generaliter in Evangelio damnatum, sed esse ex se licitum, utpote ad virtutem religionis spectantem, quam etiam cōclusionē multis p̄obat Castro lib 8. contra hareses, verbo, iuramentum Azor part. 1. lib. 11. cap. 2. questione 3. Valentia 22. disput. 6. questione 7 puncto 3. statim in principio. Lessius lib. 2. de iust. cap. 42. dub. 3. numer. 13. De quo late Doctores per textum ibi, in cap. Cū Christus, de iureiurando.

DISTINCTIO. LXXI.

Ad principium distinctionis, de non ordinandis Clericis ab episcopo alterius civitatis.

SUMMARY.

1. Explicatur cap. cum nullus, de temporibus ordinat. in 6.

2. Quale dicatur domicilium originis?

3. Nati alicubi, sed ex itinere, & extra locum domicilij parentum unde sint oriundi?

4. Oriundus civiliter, & non proprie, non potest ordinari ab episcopo talis loci?

5. Natus alicubi ubi pater habebat domicilium licet civiliter non habeatur pro oriundo, habetur tamen canonice quo, ad ordines.
6. Sacramenta confessionis, Eucharistia, & matrimonij à quo episcopo administrari debeant?
7. Enodantur breviter 6. quæstiones circa ordinē ab episcopo beneficij, & n. 8.
9. Episcopus loci, ubi est capellania, nō collativa, & ubi sita est p̄sio ecclesiastica, nō dicitur episcopus beneficij.
10. Authores tractantes de domicilij diffinitione.
11. Domicilium non deperditur, deperdito animo, perpetuò habitandi.
12. Domiciliū statim acquiritur, ubi figuratur habitatio, cum animo perpetuo habitandi.
13. Filij officialiū Regis, reginae, dominorum, & Conciliorum vulgo, Camaras, quādo ordinari possunt, ab episcopo loci, ubi patres habent officij?

Pendet doctrina huius, & sequentis distinctionis ex cap. Cum nullus, de temporibus ordinat. in 6. ubi Bonifac. VIII. explicat, quis sit episcopus ille, qui ad conferendos ordines proprius dici, & appellari possit. Itaq; operæ pretium duxi si in vestibulo huius, & sequentis distinctionis explicationē illius capituli præmitterem, quātum satis sit ad præsens intentum. Verba igitur explicanda sunt. Superior hoc casu Episcopus de cuius diocesi est is, qui ad ordines promoveri desiderat, oriundus: seu in cuius diocesi beneficium obinet ecclesiasticum, seu habet, licet alibi natus fuerit, domicilium.

In textu, ibi, Oriundus. Primus

episcopus assignatus ad ordines conferendos episcopus est originis, sive eius loci, in quo ordinandus natus erat, nam ibi quis domicilium fortitur, ubi quis nascitur, & illius civis efficitur, ubi habuit nativitatem, leg. 1. ff. ad municipales l. municipes, ff. de verborum significatione, l. cives Cod. de incolis lib. 10. docet Imola, Paulus, Alexand. ad l. huiusmodi, §. Legatum, ff. legat. 1. Felin. cap. Rodolphus conclusione 5. de rescriptis Menoch. lib. 6. de presumption. presumpt. 42. numer. 4. Bologn. in repetit. extravagantis Theodosij part. 11. vers. natura suos cives. Gramat. not. 10. num. 15.

Hoc non ita intelligas, ut eius loci eum civē existimes, & ab illius episcopo posse ordinari, in quo quis casu nascitur, dum parentes ibi aliquā trahebant moram, sive negotij, sive recreationis.

creationis causa, nam tunc non talis loci, sed eius ubi pater domicilium habebat, civis dicitur, & ibi natus fingitur, ita sumitur ex l. 1. ff. de captiv. Bart. nu. 4. & Platea in l. filios numer. 1. verum quod intellige. Cod. de municip. & origin. lib. 10. Paulus, Alex. ad dictum §. legatum Felin. citatus. Gregor. Lopez l. 2. tit. 24. part. 4. verbo, *mas quer sea natural*, & per respectum ad ordines tenent in specie Silvest. verbo, *civitas Henrici*. lib. 10. de ordine cap. 22. numer. 1. Sanchez de matrimonio lib. 3. disputat. 23. num. 3. Avila de censur. part. 3. disputat. 5. dub. 7. §. his positus.

4 Quæres 1. An quotiescumque aliquis civis alicuius loci dicitur, sive natus ibi, civiliter, id est beneficio legis, & gaudet privilegio civis talis loci, sive alibi natus sit, possit à tali loci episcopo ordinari, ac si is esset episcopus originis? Exempla sint in filio legitimo, qui nanciscitur civilitatem originis eius loci, ubi pater natus est; l. assumptio, §. 1. ubi Bartol. ff. admunicipal. Glosa l. 1. §. 1. ff. eodem Bart. & Platea in l. filios. Cod. de municip. lib. 10. Andr. Gail. lib. 2. practica. observat. cap. 36. num. 2. Item in filio illegitimo qui nanciscitur domicilium originis maternæ l. 1. ad finem, ff. admunicipal. l. eius 9. ff. eodem, ubi Acurtius in summano huius legis Platea, l. filio, citata num. 2. de quo etiam videri poterit dispositio Ordinationis Lusitania lib. 2. tit. 55. §. 1. & 4. Alia exempla videri possunt, quibus acquiritur naturalitas in legibus Castella l. 2. tit. 24. part. 4. ordinatio nostra Lusitania lib. 2. tit. 56. statim in principio, & §. 1. 2. & 3. Respondeo verbum *oriundus* de quo in textu, quem explicamus proprie pro nato in tali loco explicari debere iuxta l. assumptio iuncta Glosa ibi, verbo, *oriundus*, ff. ad municipal. & quæ tradit Mandos. regula 16. questione 40. numer. 3. nam beneficium legis licet faciat incolam, seu domiciliarium, numquam tamen facit ortum sive oriundum l. 1. cum sequentibus Cod. de municip. & origin. & leg. 2. Cod. de incolis lib. 10. Gregor. Lopez proxime citatus Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 86. & quamvis talis possit dici naturalis civiliter, & improprie, numquam tamen dicitur ortus, sive oriundus, nisi ab origine propria, ut rectè explicant. Burgos de paz. l. 3. Tauri part. 1. numer. 372. Ayendan. de exequend. mandat. lib. 1. cap. 3. num. 5. Azevedo in l. 19. tit. 3. lib. 1. recopilat. cum verba naturaliter, proprie sint intelligenda l. final. Cod. de his qui veniam etatis, & ibi Bald. Mantica de coniect. lib. 3. tit. 4. numer. 15. Gallinius de verbor. significat. lib. 2. cap. 21. num. 8. & lib. 3. cap. 19. nu. 12. Salazar. de usu, & consuetudine cap. 1. numer. 57. & 62. Tenent in specie Henrici, lib. 10. de ordine cap. 22. num. 1. cum multis quos ibi citat in cōment. litter. B.

5 Quæres 2. Vtrum quoties aliqui non habentur pro oriundis ab aliquo regno, & oppido, licet ibi nascantur, (ut sunt in Lusitania qui

nascuntur ex patre forense, & matre naturali, nisi pater forensis à quo geniti sunt, habeat in Lusitania domicilium per decennium continuum, ut habetur lib. 2. ordination. tit. 55. §. 1.) Vtrum, inquam, hi ita excludantur à privilegio domicilij originis, ut non possint ordinari ab episcopo loci in quo nati sunt, si ibi pater verè non habitavit per decennium continuum? Respondeo negativè: nam licet lex officiat privilegijs civilibus quæ non assequuntur, nisi servatis ibidem conditionibus, tamen non officit iurisdictioni, quæ nanciscitur episcopus originis, ut tales possit ordinare, tanquam verè, & proprie oriundos à sua diœcesi.

6 Quæres 3. Vtrum quemadmodum episcopus originis, licet domicilium originale mutetur, potest semper ordinare natum in sua diœcesi, ita etiã possit ei reliqua sacramenta præstare, confessionis, communionis, & assistere per se, vel aliquem de eius licentia, matrimonio talis originarij? Respondeo hanc quæstionem optime tractari à Sanchez lib. 3. de matrimonio. disput. 23. à numer. 6. usque ad 8. ubi resolvit negativè: quia administratio aliorum sacramentorum pertinet ad prælatum parochiæ. Ad illum, & authores ab eo citatos, ubi etiam videbis ad quem episcopum pertineat dispensatio, de quo etiam tom. 1. decalogi lib. 4. cap. 37. à num. 25. usque ad 33.

In textu, ibi, In cuius diœcesi 7 beneficium.

Multa hic breviter enodanda sunt. Primo. Vtrum si in duabus, aut tribus diœcesibus quis habeat beneficia à totidem episcopis possit ordinari? Respondeo affirmativè. Ita Domin. & Franch. super dicto cap. Cum nullus, Rebuff. in practi. tit. de clericis, & à quibus num. 21. Garcia de benefic. 2. part. cap. 4. num. 2. Secundo. Vtrum si tale beneficium, non requirat nisi primam tonsuram, adhuc episcopus beneficij possit omnes ordines tam minores quam sacros conferre beneficiario? Respondeo affirmativè, ita docent Dominic. & Franch. citati contra Paulum, & Garciam, num. 24. Tertio. Vtrum hi ipsi episcopi possint cum tale beneficiato dispensare in interstitijs? Respondeo posse cum ordines ipsi conferunt. Ita Garcia nu. 15. Adde posse dispensare cum eisdem in illegitimitate ad ordines minores, ex eodem Garcia dicto nu. 15. Quarto. Vtrum ut talis possit ordinari ab episcopo beneficij, necessaria sit eius actualis possessio, ita ut non sufficiat titulus, & collatio? Respondet Garcia n. 17. necessariam esse actualem possessionem, quamvis hæc sit ex iniusto titulo, sed colorato, nec sufficere titulum, & collationem; hoc secundum non placet, quia qui titulum, & collationem habet, verè habet beneficium, nam textus non dicit

posse quęquā ordinari ab episcopo beneficij possessi: sed ab episcopo beneficij, nec quod addit Garcia, possessionem scilicet actualem dare iurisdictionem episcopo in beneficiarium, non verò titulum, nihil impedit: quia potestas ordinandi non præsupponit subiectionem potestati dominativę, ut cernitur in eo, qui ab episcopo originis ordinatur, & tamen alibi domicilium habet, à quo provenit subiectio dominativę potestati.

- 8 Quintus. Vtrum necesse sit talem ordinari ad titulum huius beneficij? Respondeo negativè, ita Garcia num. 9. neque etiã opus est, ut beneficium residentiam postulet, ex Ioann. Andri. Dominico, Franch. super dicto cap. cum nullus, Henriq. lib. 10. de ordine cap. 22. num. 1. Garcia n. 10. Sextus. An tale beneficium debeat esse perpetuum, & non sufficiat esse manuale, & amovibile? Respondeo negativè, cum Franch. Domin. citatis. Rebuff. in praxi tit. de clericis, & à quibus nu. 21. Garcia nu. 3. Intellige, si ordinandus aliunde habeat titulum, nam beneficium manuale, & amovibile adnutum, non potest præstare titulum ad quem quis ordinetur, ut optimè probant Mayol. de irregularitat. lib. 4. cap. 15. numer. 4. Salzed. in practica Bernardi cap. 18. numer. 8. Flaminius de resignat. lib. 2. questione 6. numer. 2. & 3. Zerola in praxi episcopali, verbo, demissionis, sub. §. 9. Marcus Anton. Genuens. in praxi Archiepiscopali Curia Neapolit. capit. 81. numer. 2. Henriq. lib. 10. cap. 17. numer. 3. Emmanuel Rodriguez summa tomo 2. cap. 15. num. 12. Petrus Ledesma in summa part. 1. de Sacramento ordinis capit. 7. conclusione 11. Zehius de repub. ecclesiast. de clericis sub numer. 7. vers. 84. Sayr. de censur. lib. 4. capit. 14. num. 20.

9 In textu, ibi, Ecclesiasticum.

Nota oportere beneficium esse ecclesiasticum ut quis possit ordinari ab episcopo ipse. Unde colliges 1. neminem posse ordinari ab episcopo, ubi habet capellaniam non collativam, licet sit perpetua, quia non est beneficium ecclesiasticum, ut optimè docent Guido Papa decis. 187. Rebuff. de pacif. possess. num. 349. aliàs 287. vers. & ideo. Petr. Gregor. de benefic. cap. 11. numer. 10. Navarr. cons. 5. & 7. de prebend. Alvarus Vallasc. cons. 80. part. 1. num. 12. & 13. A. Rochus de vici. verbo, capellanias Azor. part. 2. lib. 10. capit. 3. questione 5. & alij citati per Garcia de benefic. part. 1. cap. 2. num. 102. ac proinde titulum beneficij præstare non potest Salzed. ad practic. Bernardi Dias cap. 18. num. 9. Spino de testament. Glossa 4. num. 42. Golcal de mensibus, & alternat. Glossa 5. numer. 31. licet possint inservire pro titulo patrimonij si sit perpetuus, ex Garcia de benefic. part. 1. capit. 2. numer. 112. Colliges 2. neminem, poss. ab episcopo, eius loci, ubi habet

pensionem ordinari, quia pensio non est beneficium ecclesiasticum, ut cum multis à se allegatis, qui apud eos videri possunt tenent Selva. de beneficijs 1. part. questione. 3. numer. 11. Caccialupus, de pensionibus, questione 12. & ultima. Gygas. eodem titulo questione 20. Duaren. de beneficijs lib. 2. cap. 4. & lib. 6. capit. 4. Paleotus de nobilit. & spurijs, cap. 58. num. 4. Redoanus de simonia 2. part. cap. 14. numer. 10. Covar. practic. cap. 36. num. 10. Navarr. cons. 11. numer. 8. de constit. & cons. 8. numer. 9. de iure patronat. & cons. 66. numer. 30. de simonia, Hojeda de incompatibilitate beneficiorum in prefatione numer. 30. & 2. part. questione 7. Azavedo l. 1. titul. 1. recopilat. numer. 5. Quintanad. ecclesiast. benefic. lib. 1. capit. 3. numer. 13. Flaminius de resignat. lib. 1. questione 10. numer. 69. & lib. 2. questione 15. numer. 11. & lib. 11. questione 4. num. 31. Suar. de censur. disput. 15. sectione 1. numer. 7. Gonzales ad regulam mens. Glossa 5. §. Statim à principio.

In textu, ibi, Domicilium.

Quia ratione domicilium diffiniatur, videbis latè per Rebuff. tomo tertio, ad leges Gallia in tractat. de domicilij el. et. in prefatione, numer. 9. Menoch. de arbitr. capit. 86. à numer. 6. & lib. 6. de presumption. questione 42. num. 2. Covillos communium questione 604. à numer. 54. Decianus tractat. criminal. lib. 4. cap. 16. num. 8. Mascardus de probationibus conclusione 535. num. 13. Sanchez de matrimonio, lib. 3. disput. 23. à num. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. capit. 181. numer. 10. D. Didacus de Britto in Consilio in causa maioratus Regie Corona, questione 3. à num. 1. Farinac. fragment. criminal. part. 1. litter. D. num. 208. Gutier. tractat. de gabellis questione 114. num. 7.

Quæres 1. An sicut domicilium habitationis constituitur ex actuali habitatione, & animo ibi perpetuo habitandi, l. domicilium, ff. ad municipal. & ibi, Glossa, verbo, domicilium, l. non utique, verbo, constituerit. ff. eodem, & l. civer, verbo, larem. Cod. de incolis lib. 10. Bartol. l. placet, numer. 1. ff. ad municip. Marian. in cap. licet ratione, numer. 25. de foro compet. Ita etiã opus sit, ut deperdatur utrumque, deperdi & habitationem naturalem, & animum, ita ut animus solus aliò abeundi non sufficiat? Respondendum affirmativè. Ita Sanchez cum multis lib. tertio de matrimonio, disputat. 23. numer. secundo.

Quæres 2. Vtrum statim, ut quis aliquo loco figit habitationem cum animo, ibi perpetuo commorandi, acquirat domicilium, an verò spectandum sit decennium habitationis continuę? Respondendum est, statim acquiri nec spectandum esse decennium. Probatum ex l. domicilium ff. ad municip. iuncta Glossa, verbo, domicilium. Hojeda

aliens. in summa, tit. de parochijs, §. penult. num. 7. Ioann. de s. Georgeo, quem refert, & sequitur Dominic. in dict. cap. Cum nullus, num. 11. Felix cap. Dilectus, in 2. de rescriptis, num. 12. Marianus in cap. Licet, num. 25. de foro competenti, Angel. verbo, domicilium, num. unico, Sylv. num. 2. Alciat. l. Pupillus, §. Incola, num. 1. ff. de verborum significat. Navarr. cons. 10. de temporib. ordinat. num. 2. Aviles cap. 2. pratorum, Glossa tales pueblos, num. 7. & 8. Gregor. Lopez. l. 32. tit. 2. part. 3. verbo, diez años. Anton. Gabriel tom. 1. commun. verbo, domicilium habitacionis. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 86. num. 2. Henriq. lib. 10. de ordine, cap. 22. num. 2. Sanch. lib. 3. matrimon. disp. 23. num. 2. Vnde leges, quæ decennium habitacionis requirunt, ut sunt l. 2. C. de incolis, lib. 10. & l. 32. tit. 2. & l. 2. tit. 24. part. 3. & Lusitania Ordin. lib. 2. tit. 55. §. 1. Solum sunt ad præsumendum animum perpetuo habitandi, quando ille ex alijs coniecturis non deprehenditur, lege Sanch. dict. disp. 23. nu. 1. Mascard. de probat. conclus. 534. nu. 7.

13. Quæres 3. Vtrum filij senatorum Portucalientium, & officialium Regis, ut sunt iudices foranei, vulgò, Iuizes de fora; prætores Corregedores, auditores, sive Regis, sive dominorum, qui alibi domicilium habent, & tempore à Rege tantum constituto alicubi detinentur infervientes munia, & officia sua, ibi habeant domicilium, ubi patres regis, aut dominorum officijs occupati habitant? Responde primò, hoc circa patres decisum esse apertè in legibus nostris lib. 2. Ordinat. tit. 56. in principio, ibi. *Pesinho se entende de cada bñã cidade, villa, ou lugar, aquelle que della, ou de seu termo, for natural, & nella tiver algũa dignidade, ou officio nosso, ou da Raynha, ou de algum senhor da terra; ou do Concelho dessa uilla, ou lugar, & seja officio tal, per que razoadamente possa viver, & de feito viva, & more no dito lugar, ou seu termo, &c.* Latine dicit, eum esse alicuius civitatis, oppidi, vel pagi incolam originarium, & oriundum, qui eo loco, vel in eius territorio natus sit, vel qui ibi dignitate aliqua, vel officio Regis, aut Reginae, Domini vè talis loci, aut Senatus, seu cõmunitatis ipsius, fungatur; ita tamen, ut & eiusmodi officium tam fructiferum existat, ut proprietarium alere honestè queat; & ut hic in prædicto loco, vel eius ditione, seu territorio reipsa degat, habitetq; &c. Respondeo secundò, filios contentorum in hac lege, dum sunt in potestate patris habere idem domicilium, l. 1. & 3. & ibi Glossa, & Albert. ff. ad municip. ac proinde, & ordinari posse ab episcopo eius loci, ubi munus regium, & alia ibi contenta habent. Ita expressè Navarr. lib. 1. consil. 11. de temporibus ordinat. latè Thomas Vallasc. allegatione 5. num. 38.

CAP. Illud. I.

S V M M A R I V M.

1. An prima tonsura accipi possit ab episcopo alieno sine proprij licentia? & num. 2.

3. An episcopus possit ordinare alienum subditum sub ratihabitione?

IN textu, ibi, Ecclesiasticum.

vide circa textum Aloys. Riccium collect. 1678. part. 5. Quid si fuerit laicus, & ordinetur prima tonsura? Dixi prima tonsura, ibi persistente ordinatione, quia si procedat ultra primam tonsuram, iam ordinandus sacer homo, & ecclesiasticus, & si ulterius ordinetur, non ordinatur laicus, sed clericus? Respondendo ad quæstionem directe Guido Papa decis. 449. Lopus allegat. 138. nu. 12. & 13. Tolet. lib. 1. summa, cap. 48. num. 6. edit. Duaciana, anno 1608. tenent licitè posse primam tonsuram accipi ab alieno episcopo, nec accipientem manere suspensum; probant ex tota hac distinct. ubi semper prohibitio est de clerico non ordinando; item 9. quæst. 2. per totam, ubi etiam de clerico sermo est; item cap. Eos qui, de tempor. ordinator. ubi ponitur eadem prohibitio, sed de clerico non de laico, ibi. Eos qui clericos parochia aliena, &c. Et notat Gemin. in eodem cap. num. 5. quem sequitur Tolet. proximè citatus, num. 4.

Contraria nihilominus sententia est vera, eam sequitur Rebus. de nominat. quæst. 14. num. 42. & consil. 1. in princip. Franciscus Marc. decis. 1005. num. 3. in 1. part. Navarr. consil. 29. num. 1. de tempor. ordinat. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1140. à num. 1. Salzed. ad pract. Bernardi, cap. 26. Glossa, Ordinis executio, ubi iam appellat verissimam Flamin. de resignat. lib. 4. quæst. 2. num. 59. & 83. Garcia de benefic. part. 1. cap. 5. num. 142. An prima tonsura intelligatur etiam prohibita conferri ab alieno episcopo sub pœnis ibi contentis, in Trident. sess. 6. de reformat. cap. 5. & sess. 23. de reformat. cap. 9. Videndus est Navarr. consil. 11. de tempor. ordinat. Tolet. lib. 1. summa, cap. 49. num. 5. Zerola in praxi, 1. part. verbo, demissoria; Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 19. ad medium. De loco etiam Concilij videndi sunt Gutierrez. Canon. lib. 1. cap. 26. num. 24. Flamin. de resignat. lib. 4. quæst. 2. num. 89. Cened. practico. lib. 1. quæst. 38. num. 4. Vivald. in Candelab. tit. de suspens. num. 126. Sayr. in Thesaur. lib. 4. cap. 9. nu. 10. Henriq. lib. 13. de excommunicat. cap. 38. nu. 1. Avila de censur. part. 3. disput. 5. dubio 8. §. Sextus casus.

Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 19. Reginald. in praxi. lib. 32. tractat. 2. num. 69. Ægyd. de Sacramentis, tom. 2. disp. 15. dub. 5. num. 35.

- 3 In textu, ibi, Non sit rata eius ordinatio. *Intellige cum Glossa hic, verbo, ordinatio; nisi postea ratum habeat suus episcopus, quam probat Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. a num. 15. Reginald. in praxi, lib. 32. tract. 2. cap. 24. sect. 3. nu. 69. §. Sunt autem. Sed ante eos Paludap. in 4. dist. 18. quest. 7. art. 2. cap. 9. licet Sayr. in Thesaur. lib. 4. cap. 9. num. 10. Non audeat post Trident. hanc ratihabitionem admittere, sed nimis scrupulose, cum eam admittant supracitati Doctores, post cap. Sape contingit, de tempor. ordinat. in 6. cuius verba eam magis videntur excludere in casu, de quo ibi, quam Tridentinum.*

C A P. De aliena Ecclesia. II.

S V M M A R I V M.

- 1 *Episcopus ordinans alienum subditum, quali pœna puniatur?*

- 1 **I**N textu, ibi, Nullus assumat. *Licet hic Canon nullam pœnam imponat episcopo ordinanti; sed ordinato, imponit tamen cap. Eos, qui, de tempor. ordinat. in 6. scilicet suspensionem à collatione ordinum per annum; verum, ut eam incurrat, requiritur in ordinante scientia, seu affectata ignorantia, ut hic, & cap. Si quis ausus, sequenti, de quo Vasq. de ordine, disp. 243. cap. 5. num. 46. & sequentibus; quam tamen non videtur requirere Trident. sess. 6. de reformat. cap. 5. & sess. 23. de reformat. cap. 8. imino Zerola in praxi episcopali, part. 2. verbo, Episcopi, vers. Secundò, Episcopum benedicendo calices, vel corporalia in aliena diocesi etiam inadvertenter, manere suspensum ab exercitio pontificalium, ut continetur dicta sess. 6. de reformat. cap. 5.*

C A P. Si quis ausus. III.

S V M M A R I V M.

- 1 *An pœna huius Canonis, sit vera suspensio?*
2 *Ordinati in sacris ab alieno episcopo sine proprij facultate, sunt suspensi?*

- 3 *Collatio beneficij facta ab alieno episcopo, est nulla.*
4 *Ordinatus ab alieno episcopo sine proprij facultate, non gaudet privilegio fori.*
5 *In impetratione beneficij oportet declarare ordinatum esse ab alieno.*

IN textu, ibi, Irrita sit. *Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 13. testatur in Concilio Nicœno cap. 17. haberi pro irrita sit, irrita erit; vel secundum aliam translationem, de tempor. ordinat. ubi in simili casu dicitur, Interdicenda illi est ordinis sic suscepti executio. Vnde putat ex vi antiquorum canonum bene sustineri posse, hanc pœnam non esse latæ, sed ferendæ sententiæ, & licet sit, adhuc putat sustineri posse hanc pœnam, non esse veræ suspensionis ex vi horum Canonum, ita ut qui in ordinibus sic susceptis ministraverit, fieret irregularis; peccare tamen gravissimè ordinatus ab alieno, ministrando sine licentia proprij episcopi, ut peccavit ordines sine eius consensu accipiendo.*

Verum postea Pius II. qui sedit per annos quinque, menses 11, dies 27. ab anno Incarnationis Dominicæ 1458. usq. 1464. Bullam edidit, quæ est 6. illius, & incipit, *Cum ex sacra*, de qua Villadiego in tract. de irregularit. cap. de suspens. Sylvest. verbo, *irregularitas*, quest. 10. Navar. in Manuali, cap. 25. num. 70. & cap. *Accepta*, de restit. spoliat. oppos. 8. num. 34. Covar. in Clement. Si furiosus, part. 1. §. 1. nu. 4. Rebuff. in tract. de benefic. part. 2. tit. de clericis ad sacros ordines male promotis, Glossa 4. Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 30. num. 9. Corduba in summa casuum conscientie, casu 144. Vivald. in Candelabr. 1. part. de Sacramento Ordinis, num. 37. Cardinalis S. Borromeus in Concilio 3. provinciali Mediolan. tit. de Sacramento Ordinis. Confirmata etiam fuit hæc extravagans per regulas Cæcellariæ Innocentij 8. Alexand. VI. Clementis VII. & Pij V. regula 22. Illam quoque Xistus V. in Bulla sua, quæ incipit, *Sanctum*, & *salutare*, anno 1588. nonis Ianuarij, & Clementis VIII. in Bulla, quæ incipit, *Romanum Pontificem decet*, anno 1595. pridie Kalendas Martij renovarunt. Hac igitur Extravaganti Pij II. suspensi sunt ipso iure; qui ab alieno episcopo sine litteris dimissorijs, vel extra tempora, vel ante legitimam ætatem, sacris ordinibus fuerint initiati, sed cum tantum loquatur de sacris, adhuc excipiuntur ordinati in minoribus, ut bene notat Suar. supra. num. 13. Concilium vero Tridentinum etiam ordinatos in minoribus, ab alieno episcopo comprehendit, atq. eos ad arbitrium proprij episcopi suspendit; de quo

de quo vide *Suar. dict. disp. 31. sect. 1. num. 19.* itaq; vere ipso iure nunc suspenduntur in terris, ubi viget Tridentinum, omnes qui, vel in minoribus, vel in sacris ordinantur ab alieno, sine licentia proprii episcopi; non verò qui ordinatur prima tonsura, quia ipsa non est ordo, ut vult *Suar. citat. num. 16. & Guido, Tolet. Zerola, & Lappus, quos retuli, cap. Illud, nu. 1. in fin.* sed ibi contrarium iudicavi probabilius cum Doctoribus à me citatis.

Inferunt 1. ex hac doctrina multi; maxime post Trident. collationem beneficii factam suscipienti primam tonsuram ab alieno episcopo, sine proprii facultate, antequam ille ratam habeat ordinationem, esse nullam; ita *Czputaquen. decis. 126. part. 1. Rebuff. conf. 1. Hieronym. Gabriel. conf. 181. & 189. lib. 2. Flamin. de resignat. lib. 4. quest. 2. à num. 58. & 82. Garcia de benef. part. 1. cap. 5. num. 151.* quia talis suspensus est, ac proinde collatio non valet, ut facta suspensio, *cap. Cum electus, vers. Quia nobis, de consuetud. & ibi Glossa, verbo, Cassavimus, cap. Per Inquisitionem, de elect. & ibi Glossa, verbo, suspensi, & verbo, Post, & Abb. num. 6. Bertachin. de episcopo. lib. 2. questionum, art. 2. Navarr. in Manual. cap. 25. num. 233. & conf. 10. de tempor. ordinat. Mayol. de irregularit. lib. 3. cap. 19. num. 10. Vgolin. de censur. tab. 4. de suspens. cap. 6. §. 7. nu. 4. Flamin. de resignat. benef. lib. 5. quest. 7. num. 84. Vivald. in Candelab. de suspens. num. 139. Lesius de iustit. & iure, lib. 2. cap. 34. num. 116. Azor part. 2. lib. 6. cap. 7. quest. 2. Garcia de benef. part. 7. cap. 5. nu. 4.* Contra *Suarium*, qui tenet suspensum ab officio non esse personam inhabilem, ut eligatur, sed tantum prohibitam, valereq; electionem de ipso factam, lege eum *tom. 5. de censur. disp. 26. sect. 3. num. 8.* & quidem tanti magistri sententia facile sustineri posset ab illo, qui iura in contrarium citata attentè perlegeret; nam nec verbum quidem in eis invenietur, quod irritam ipso facto talem electionem ad beneficia ostendat in specie, & fortè non displicebit *Suar.*

Inferunt 2. ei, qui sine licentia proprii episcopi ordinatus est ab alieno in prima tonsura, vel in minoribus, excipi posse, non gaudere privilegio clericali. Ita testatur iudicatum *Cassan. in consuetud. Burgund. rubric. de iustices, Glossa soncreus, in fine. Rebuff. de nominat. quest. 14. nu. 42. & consil. 1. vers. Nec etiam valet, Salzed. ad Bernard. in pract. crimin. cap. 26. Gloss. Ordinis executio, vers. Et non solum, Francisc. Martin. part. 1. decis. 175.*

Inferunt 3. Opus esse, ut is, qui ab alieno ordinatus est episcopo, sine proprii facultate; narret in impetratione beneficii se taliter fuisse ordinatum, aliter erit impetratio subreptitia, & nulla, ex *Ioann. Cephalo consil. 684. lib. 5. Salzedo in pract. Bernard. crimin. cap. 26. Gloss. Ordinis*

nis executio, Rebuff. de nominat. quest. 14. num. 42. Camil. Borrel. cons. 15. num. 22.

C A P. Clericos. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Non meminere Authores huius excommunicationis
- 2 Hac excommunicatio est lata sententia.
- 3 Excommunicatio lata ad certum tempus, vel sub conditione, eget absolute.
- 4 Quis absolvet episcopum ab excommunicatione non reservata Pontifici? & num. 5.

IN textu, ibi, Tandiu excommunicatos. Non invenio fieri mentionem huius excommunicationis, nec à *Navarr. in Manual. cap. 27. num. 114.* nec à *Vivald. in Candelab. tit. de excommunicatione, à num. 132.* nec à *Tolet. lib. 1. summa, cap. 37. Sayr. in Thesaur. cap. 32. Suar. de censur. disp. 23. sect. 2.* ubi incipiunt colligere excommunicationes Summo Pontifici non reservatas, quæ habentur in decreto; imò *Suar. num. 5. in fin.* expressè ait, nullam inveniri in Decreto excommunicationem latæ sententiæ, præter eas, quæ continentur in Bulla Cœnæ. Verum, ut vides, præsens excommunicatio latæ sententiæ est, nec in Bulla Cœnæ continetur.

In textu, ibi, Tandiu excommunicatos. Dubium est hanc formam continere excommunicationem latæ sententiæ, affirmat expressè *Angel. verbo, excommunicatio, 2. §. 7. Sayr. in Thesaur. lib. 1. cap. 11. num. 10. Tolet. in summa, lib. 1. cap. 5. num. 5. Avila de censur. part. 2. cap. 2. disp. unica, dub. 2. cum multis Suar. de censur. disp. 18. sect. 4. num. 3.* ubi omnes latè agunt, undenam dignoscenda sit excommunicatio lata à ferenda; adi illos.

In textu, ibi, Quandiu ipse clericus revertatur. Dubitatur an excommunicatio, quæ fertur ad certum tempus, vel sub conditione, nempe *donec satisfeceris;* quandiu non satisfeceris, transacto termino, vel impleta conditione, tollatur sine alia absolute? Pro parte affirmativa videri possunt *Covar. in cap. Alma mater, par. 1.*

part. 1. §. 11. nu. 5. Secutus Alciatus in cap. 1. de electione, in 6. notab. 5. Avila de censur. part. 2. cap. 7. disput. 2. dubit. 6. §. Conclusio, ubi pro se citat multos magistros, & Sylvestr. verbo, interdictionem, 3. num. 9. part. 2. Sed ego ibi nil tale invenio; solum num. 19. dicit interdictionem tolli si is propter cuius culpam impositum est, vult satisfacere; lege illum, qui refert etiam Henriq. lib. 13. de excommunicatione, cap. 29. num. 2. qui id affirmat, si excommunicatio fuerit Papalis, non vero alicuius infra Papam. Pro parte negativa, quæ videtur probabilior, stant Grass. lib. 4. decision. aurear. cap. 25. num. 14. Vgolm. de censuris ecclesiast. tabul. 4. cap. 4. §. 3. num. 2. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 165. Sayr. in Thesaur. lib. 4. cap. 17. num. 3. Tolet. in summa, lib. 1. cap. 46. nu. 1. edition. Duacian. anno 1608. Suar. de censur. disput. 19. sect. 1. num. 5. & multi citati ab eisdem, qui ibi videri possunt. Rationes optimas adducunt Suar. & Vgolm. citati.

- 4 Quæres, quis episcopum absolvet ab hac excommunicatione? Respondeo, quod confessarius ab eo electus, ita tenent Paludan. in 4. dist. 38. quest. 4. art. 4. num. 41. & conclus. 8. num. 46. Gabriel in 4. dist. 17. quest. 2. art. 3. dub. 2. S. Antonin. 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 9. vers. Item non potest, & 3. part. tit. 17. cap. 2. §. 2. statim in principio, Angelus, verbo, confessio, 3. num. 7. Sylvestr. verbo, confessor, 1. quest. 9. Taberna, verbo, absolutio, 1. num. 37. Mayol. lib. 2. de irregularit. cap. 2. num. 12. & lib. 5. cap. 51. num. 7. Anton. Gomes in expositione Cruciate, clausula 10. num. 85. Sayrus in Thesaur. lib. 7. cap. 14. num. 5. Henriq. lib. 6. de pœnit. cap. 4. num. 3. & in Comment. littera I. & cap. 7. num. 5. in Comment. littera B. & lib. 7. de irregularit. cap. 18. in fine. Saa in summa, verbo, confessor, num. 45. vers. Pralati in religione, Avila de censur. part. 7. disp. 10. dub. ult. Suar. de censur. disp. 41. sect. 2. num. 9. Sanch. de matrimon. lib. 8. disp. 3. num. 3. & tom. 1. Decalogi, lib. 4. cap. 37. num. 42.

- 5 An vero secum episcopi possint propriè dispensare, & sibi vota commutare in casu, in quo dispensare possunt cum subditis, atque illis vota commutare? Negant Anton. cap. 1. num. 10. de constitutionibus, & ibi Imola nu. 6. Alexand. de Navo num. 66. Berous num. 108. Decius cons. 151. nu. 10. volum. 1. supplementum. Gabriel in 4. dist. 38. quest. 1. art. 5. col. ante penult. vers. Si quarto queritur, an quispiam, Sayr. in clavi. lib. 6. cap. 11. num. 4. in dolo num. 2. apud quos rationes pro hac opinione. Affirmat Sanch. cum multis, apud eundem videbis lib. 8. matrimonij, disput. 3. à num. 6. usque ad 11. ubi num. 12. solvit fundamenta in contrarium, idem tenet tom. 1. Decalog. lib. 4. cap. 37. numer. 45. utraq. sententia satis probabilis; secunda mihi probabilior.

CAP. Fraternitatem. V.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores qui de Cardinalibus agunt.
- 2 Cardinales dicti sunt à Cardine.

IN textu, ibi, Ecclesiæ tuæ
constituere Cardinalem.

Citavi etiam
auctores, qui de Cardinalibus agunt, 6. In nomine Domini, num. 6. dist. 23. Addi possunt Cardinalis Albanus, lib. de Cardinalibus, Panormit. in cap. Per venerabilem, qui filij sint legitimi. August. Triumphus in tract. de potestate Ecclesiæ, à quest. 100. Martinus Laudens. tract. de Cardinalibus. Barbatia tractat. de Cardinalibus, Eugenius 4. epistola ad episcopum Cantuariensem, qui refert Jacobianum in lib. 1. de Concil. Soto in 4. dist. 24. quest. 4. art. 4. Omnium latissimè Azor part. 2. lib. 4. cap. 1. 2. & 3. per totum. Hieronym. Plato è Societate IESV, in integro tractat. de Cardinalis dignitate, & officio.

Sed quia citato loco distinctionis 23. nihil certum de Cardinalibus disputavi, & quia animus est nullam in hoc libro quæstionem indiscussam relinquere, iuvat nonnihil de Cardinalibus prælibare. Cardinales igitur dicti sunt à Cardine; quemadmodum enim in cardine voluitur ostium, sic in Cardinalibus Romano Pontifici assistentibus, totius Ecclesiæ pondus voluitur, ac regitur. Et sicut illi venti dicuntur Cardinales, qui perflant ex illis mundi partibus, quæ Cardines mundi vocantur; ita Diaconi præfecti partibus civitatis, quæ Cardines dicebantur, rectè sunt vocati Cardinales. Vsq. de ordine, disp. 242. cap. 2. Sicque hoc nomen à loco ad personas deductum credit, Henriq. lib. 10. de ordine, cap. 27. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de cleric. cap. 1. Franciscus Leo Thesaur. fori eccles. cap. 2. omnium novissimè, & latissimè Sebastianus Casar in suis Hierarch. eccles. disp. 2. §. 1. num. 5. & seqq. Si quæras, à quo fuerit instituta dignitas Cardinalatus? Respondeo iuxta veriore sententiam, illam dignitatem non à iure divino, sed à iure positivo, nempe à Summis Pontificibus esse introductam. Ita, Henriq. Bellarm. & Azor citati, cum Soto in 4. dist. 23. quest. 2. art. 4. Cæteris hac in re supersedo, quæ apud auctores citatos videri possunt.

CAP. Primatus. VI.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores qui textus meminere.

IN textu,

IN textu, ibi, Laicum de plebe aliena. Vide hic, ut omnino prohibitum sit, non solum clericum alienum ordinari ab alieno episcopo sine proprii facultate, sed etiam laicum hominem, ne dum tonsuratum. Laborat Lappus in solvendo hoc textu, allegat. 138. num. 12. & 13. retuli cap. Illud, num. 2. hac eadem dist. ibi me vide; vide etiam circa textum Rebuff. in praxi, tit. forma dimissoriaum, à principio, & num. 12. 13. 16. & 17. Salzed. in tract. cap. 26. lit. C, & lit. D.

C A P. Extraneo. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Rebuffus nostri textus meminit.
- 2 Dicitio, penitus, quid significet?

IN textu. Cuius meminit, & cuius materiam late prosequitur Rebuff. consil. 1. in principio, & in praxi, part. 1. tit. forma dimissoriaum, num. 34. ubi ex nostro textu deducit, quod voluntas episcopi probari debet litteris, quoad demissionem tonsuræ, & ordinis.

In textu, ibi, Penitus. Quæ dicitio est præcisa, & nullam modificationem, seu restrictionem admittit. Angelus consil. 31. nu. 9. vers. Quod verbum. Alexand. consil. 13. num. 7. vers. Tertio respondeo, lib. 2. ideo assignatus per constitutionem privatur penitus agnatione, importat præcise, & omnimodo, Roman. consil. 32. in fine. Tirag. in l. Si unquam, verbo, revertatur, num. 106. post alios Tuschus tom. 2. littera D. conclusione 325. latissime Cened. singular. 73.

C A P. Hortamur. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Presbyter incognitus non debet presentari.
- 2 Glossa nostra communiter approbatur.

IN textu, ibi, Aliunde veniens. Collige ex textu, non debere clericum incognitum in beneficijs presentari, cap. Te nobis, de clericis peregrinis, de quo multa congerit Lambertinus de iure patronat. lib. 1. part. 1. quest. 7. tit. 24. Roch. de iure patronat. verbo, honorificum,

quest. 4. num. 16. Paulus Fuschus de visitatione, lib. 2. cap. 22. nu. 25. Duënas regula 202. qui omnes nostri textus meminere, de quo etiam diximus ad cap. 1. num. 8. supra, dist. 70. Cenedo in practico. quest. 19. in principio.

In Glossa, verbo, Veniens.

Cōmendat Abb. & DD. cap. Significasti, de iure patronat. Decius in cap. de monachis, num. 6. de prebendis. Rochus de iure patronat. verbo, honorificum, dict. num. 16. & 45. Paulus Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 5. nu. 5. Petes lib. 1. Ordinament. tit. 3. l. 18. in principio. Gregor. Lopez partit. 1. tit. 15. l. 13. Gloss. 3. prope finem, & Glossa 4.

C A P. Nullum. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Peregrini non debent facile admitti ad Sacramenta ministranda.
- 2 Littera formata, quæ dicantur?

IN textu. Quem notat Paulus Fusch. de visitatione, lib. 2. cap. 22. nu. 10. & ex illo docet, quod episcopus debet attendere circa peregrinos, ut si sunt clerici, non facile eos admittat ad sacramenta ministranda, cap. Tua fraternitatis, de clericis peregrinis, nec debent passim admitti ad missas, nisi occultè causa devotionis. Prosequitur Fuschus, ubi proximè. Adde quæ tradit circa textum Duënas regula 202. & posita ad cap. 2. infra distinct. 72.

Ibi, Quam Græci.

Irenicæ litteræ, pro cōmendatijs epistolis appellantur, & veteres alio nomine formatas vocabant, quod eiusdem formæ omnes essent; unde, & Suetonius formalem epistolam Domitiani vocat, cuius exemplo cæteræ scriberentur; vide Alciat. lib. 11. Patergon, cap. 3. vers. In concil. qui nostri textus meminit. Adde quæ dicam infra in principio distinct. 73. meminit formatarum epistolarum, Optatus de levitan. lib. 2. contra Parmenianum.

DISTINCTIO. LXXII.

C A P. Episcopus. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Littere dimissoria, quæ dicantur?
- 2 Dicitio, ipse, quid significet?

I N textu;

I **IN** textu, ibi, Dimissorias.

Dimissoriae quae dicantur, & quis ordinarius illas concedere possit? Vide Henric. lib. 10. de ordinis Sacramento, cap. 22. & quis eas concedat regularibus? vide eundem cap. 23. n. 4. ubi littera L. multos adducit Frater Emmanuel Rodrig. in summa, 2. part. cap. 14. Gregor. Lopez. p. 1. tit. 6. l. 35. Glosa final. qui nostri textus meminit, late Campanil. diversor. iuris Canon. rubric. 9. cap. 7. nu. 1. & sequentibus, ubi de differentia inter litteras dimissorias, seu reverendas, & inter commendatitias. Tu vero, lector candide, ne (ut aiunt) alieno ab agro messem queras, vel a me excitatum leporem aliena in sylva capias, hanc questionem paucis accipe. Litterae dimissoriae, dicuntur a verbo, *dimitto*; quando enim proprius episcopus ordines conferre non potest, clericis sibi subiectis liberam concedit facultatem, ut ab alio episcopo ordinentur, ad quem illos cum epistolis dimittit. Quae epistola dimissoriae plerunque differunt a commendatitijs; nam commendatitiae illae dicuntur, quae dantur presbytero peregrinanti, ut ei liceat missas in aliena dioecesi celebrare, ut constat ex cap. 1. de clericis peregrinis, cap. Extraneo, & cap. Hortamur, dist. 71. Azor instr. moral. part. 2. lib. 3. cap. 49. Solus vero episcopus originis, domicilij, vel beneficij, dummodo sit electus, & confirmatus, quavis non consecratus, litteras dimissorias dare potest. Ita Azor citat. §. Secundo quaeritur. Seraphin. decis. 985. num. 3. Campanil. in diversor. iuris, rubric. 6. cap. 3. num. 13. Barbosa de officio, & potest. episcopi, part. 2. allegat. 7. num. 4. Verum autem alij praeter episcopum litteras dimissorias dare possint? Respondeo non posse nisi in certis casibus, de quibus late agitur in cap. Cum nullus, de tempor. ordin. in 6. & Azor loco citato, §. Tertio quaeritur. Vetus dimissoriarum litterarum antiquissimus fuit, tempore namque D. Augustini eas extitisse, atque in usu fuisse, testatur ipse in epistola ad clericum Hipponensem 177. vers. Cum ista mea causa.

2 **IN** textu, ibi, Ab ipso. Ista dictio, ipse, personam demonstrat, neque potest per alium adimpleri, & facit demonstrationem ad oculum, Glosa in §. Fuerat, in verbo, cum ipsa, instr. de act. Surd. decis. 210. nu. 18. Menoch. cons. 106. nu. 196. & cons. 120. nu. 20. Tiraq. de retractu convent. §. 1. Glosa 6. nu. 25. Cagnol. in l. 2. nu. 46. vers. Secundo, C. de pact. inter emptorem. Ripa in l. Filius familiaris, §. Divi, num. 131. de legatis 1. Sic dispositio loquens de ipso haerede, non extenditur ad heredem haeredis, Cotta in memorabilibus, verbo, ipse, Roland. cons. 59. nu. 29. vol. 3. & cons. 97. num. 22. vol. 4. Cephal. cons. 43. num. 8. vol. 1. plures citat Cenedo singulari 22. Tuschus tom. 2. littera D. conclus. 301.

C A P. Clericorum. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici ad alienam dioecesim venientes, non debent celebrare sine litteris dimissorijs.
- 2 Verberans psalmistam, an maneat excommunicatus?

IN textu. Ex quo colligit Peres lib. 1. Ordinem, tit. 9. l. 2. pag. 164. col. 2. quod non debet episcopus clericos peregrinos ad alienam dioecesim venientes admittere ad celebranda divina in susceptis ordinibus, vel ad ordines superiores promoveri sine litteris dimissorijs suorum episcoporum; poterit tamen clericus admitti ad celebranda occulte, ex devotione, de quo diximus in cap. Nullum, dist. 71. Quibus adde Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 16. Concil. Brachar. actu 2. cap. 12. Henric. in summa, lib. 10. cap. 34. §. 6. in fin. Emmanuel Rodrig. quest. regul. tom. 2. quest. 121. art. 1. Azor. instruit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 49. quest. 1. Mar. Anton. Genuens. in praxi Archiepiscop. Neapol. cap. 40. num. 1.

IN Glossa. Docet Glossa, quod verberans psalmistam manet excommunicatus, & ita appellatione clericorum intelliguntur omnes constituti in alicuius ordinis gradu, etiam in prima tonsura. Philarch. lib. 3. de officio sacerdotis, cap. 35. Medicos in summa, 2. part. tit. 9. quest. 78. num. 39. Angles in floribus, 4. sententiar. in quest. de excommunicatione, art. 5. difficult. 1. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 26. num. 4. Dummodo clericalem habitum, & coronam gestent. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6. Adde posita ad cap. 1. nu. 14. supra, dist. 21.

C A P. Placuit. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Milevitanum, quando celebratum?
- 2 Ex electione ius acquiritur.

IN superscriptione, ibi, Concilio Milevitano. Celebrato contra Pelagianos, & Donatistas ab Innocentio primo, anno Domini

Domini 410. cui interfuit D. Augustinus, ut tradit *Padilla in epichome Conciliorum*, fol. 16. Milevis urbs est in Numidia. At *Baron. tom. 5. Annal.* ait celebratum fuisse anno Domini 402. sexto Kalend. Septembris, ab episcopis totius Africae, affirmatque duo invenisse Concilia Milevitana sub Innocentio primo. Primum, Arcadio, & Honorio imperatoribus. Secundum, Honorio, & Theodosio, & hoc cum illo librorum incuria esse confusum, quod unum, idemque putarunt. Post alia tractata fuit causa Quolvult dei episcopi Centuriensis, de qua fuit editus Canon in *cap. 1. de iudicijs*; meminisse huius Concilij visus est, *Augustin. in epistola ad Eusebium* 168.

In textu, ibi, Eligitur. *Glossa in presenti*, docet ex electione ius acquiri, de quo vide quae diximus ad *cap. Quanto, 10. num. 4. supra, dist. 63.* Adde *Iason. in l. Quavis, 4. notabili, & notabil. 5. num. 5. Cod. de inoff. testamento. Geminianus consil. 15. num. 5. & sequentibus. Zabarella consil. 30. num. 9. Francisc. March. decis. 1351. lib. 1. Covar. practicar. cap. 36. num. 7. vers. Primo. post alios Tafch. tom. 4. littera E. conclus. 94. & 97. Vtrum autem valeat consuetudo, quod electus ante confirmationem administret ex necessitate, vel propter utilitatem Ecclesiae, firmat *Oldradus consil. 9. num. 5. facit textus in cap. Cum venerabilis, de consuetudine. Contrarium videtur tenere idem Innocentius, & Hostiens. in cap. Transmissam, de electione, plene Franc. in cap. Avatitia, vers. In ea, Glossa in fine, num. 2. de electione, lib. 6. de quaestione late Tuschus, ubi proximè, conclus. 95.**

DISTINCTIO. LXXIII.

S V M M A R I V M.

1. *Comendatitia littera, quae dicantur?*
2. *Formata littera, quae sint?*

IN principio distinctionis, ibi, **Commendatitiae.** Commendatitiae litterae, ut explicat *Glossa*, verbo, *formatas*, in *cap. In Ecclesijs, supra, dist. 68.* quam sequuntur *Turrecrem. Propositus, & Archidiacon.* sunt litterae quaedam, quae peregrinantibus clericis dantur, ut libere permittantur in quacumque diocesi suam exercere officium, neque obstat *cap. ult. 71. dist.* ubi litterae, quae dantur peregrinis, dicuntur *formatae*, quia male ex Graeco versum est, & vertendum erat *pacificis*, seu *comendatitias*, ut ibi notat *Additio Gregorian.* unde advertite plurimum has litteras dif-

ferre, & reverendas, de quibus loquitur *cap. Significasti, de officio Archidiaconi.* Has commendatitias litteras, etiam illi, qui non fuerint proprii diocesani episcopi concedere possunt, cum enim tantum dentur in testimonium officij clericalis (quod ille cui dantur habet) quilibet cui iura diocesis, etiam vicario iure incumbunt, illas poterit concedere. Unde fortassis *Archidiacon.* poterit attento iure has commendatitias dare. Neque obstat *dict. cap. Significasti*, quia agit de reverendis, circa quas aliter resolvitur iuxta ea, quae tradit *Henriq. d. lib. de ordine, cap. 22.*

Ibi, Formata. De litteris formatis,

vide quae scripsimus ad *cap. ult. num. 2. supra, distinct. 71.* adde *Baron. tom. 2. Annal. anno Christi 142. §. Quae autem*, qui ait ex antiquo ecclesiae more dici litteras quaedam, quibus episcopus clericum a proprio subiectionis iure demittebat, ut alteri subiceretur episcopo, tradit *Glossa in cap. Ecclesijs, vers. Inter episcopos, 68. dist.* quam sequuntur *Turrecremat. & alij.* Sic dicuntur Latine, ut ex Attico episcopo refert *Henriq. lib. de ordine, cap. 23. §. 2. lit. 1.* Ex eo quia sub certa quadam Graecarum litterarum forma dantur, ex praeepto Concilij Niceni, de quo in *cap. 1. infra eodem.* Notabis tamen litteras formatas non posse dari, nisi ab episcopo proprio diocesis; cum enim, qui illas concedit, abdicet a iure subiectionis illum, cui conceduntur, ille tantum illas dare poterit, cui hoc subiectionis ius proprium fuerit. *Concilium Milevitanum Canon, 20.* vetat clericis, ne sine formatis litteris ad comitatum eant. Vide *Sidonium Apollinarem, lib. 7. epistol. 2.*

C A P. Exemplar. I.

S V M M A R I V M.

1. *Peres nostri textus meminit, qui iam in desuetudinem abiit.*
2. *Sigillum capituli, an sit authenticum?*

IN textu. Hec distinctio in scholas non legitur, quia illa, quae hic continentur, in desuetudinem abierunt, ut docet *Glossa in presenti*, & post *Hug. & Archidiacon.* tradit *Turrecremat.* Meminit tamen nostri textus *Peres lib. 1. Ordinamenti, tit. 9. l. 2. pagin. 164. col. 2. Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de Romano Pontifice, cap. 24. vers. Vigesimo octavo, vide Bruchard. lib. 2. cap. 227. Iyonem lib. 6. cap. 434.*

Ggg In tex-

2 **In textu, ibi, Anulo firmare.**

Ecclesie. Igitur sigillum capituli est authenticum, ut post *Guid.* tradit *Bellam.* in *presenti*, & post *Archidiaconum.* *Propositus* num. 1. & quod videtur, procurator constitutus a domino, qui habet domini sigillum, videnda *Glossa*, verbo, *cum tribus*, ad finem, in *cap. Cum redemptor*, 12. *quest.* 2.

CAP. Sanctissimo. II.

SYMMARIUM.

Bellarminus nostri textus meminit.

IN textu. Cuius meminit *Bellarminus* tom. 1. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 25. §. *Sexto*. Refert enim *Atticus* in Concilio Niceno determinatam fuisse rationem scribendarum formatarum epistolarum, de quibus loquitur *Optatus* lib. 2. contra *Parmenianum*, ibi. *Nobis totus orbis commercio formatarum in communionis societate communicat.* Fuit hæc Synodus tempore *Damasi I.* ut constat in *Gundisalvo de Illescas* in *historia Pontificali*, lib. 2. cap. 39. & fuit in illa damnata hæresis *Macedonij*.

DISTINCTIO. LXXIV.

CAP. Episcopus. I.

SYMMARIUM.

1 *An excommunicatio causet metum gravem? & nu. 2. 3. & 4.*

5 *Authores, qui nostri textus meminere.*

6 *Pœna huius textus incurritur ipso facto.*

1 **IN textu, ibi, Invitum.**

Doctores an si episcopus obliget aliquem sub excommunicatione, nisi se sinat ordinari, is censeatur invitum in ipsa ordinatione? Negat *Glossa* in *cap. Cum dilectus*, verbo, *violencia*, de his, qua vi. *Vincentius*, & *Philippus*, quos refert *Socius Senior* in *cap. Sacris*, num. 505. de sententia excommunicationis. *Goffred* *summa*, titul. de his, qua vi, num. 4. *Archidiaconus*, cap. 1. de sententia excommunicationis, in 6. num. 2. *Barbatus* cap. *Ab excommunicato*, de *rescriptis*, *Alciatus* l. *Interpositas*, num. 9. & 10,

C. de transact. *Paludanus* 4. *distinct.* 29. *quest.* unica, art. 2. *conclaf.* 2. num. 13. *Sotus* in 4. *dist.* 29. q. 1. art. 2. in fin. Fundantur quia excommunicatio, vel iusta, vel iniusta est: si iusta, sibi imputetur; excommunicatus: si iniusta, non ligatur.

Verius est metum excommunicationis esse cadentem in constantem vitum, & facere invitum, & involuntarium eum cui imponitur, cum iniusta est, quia tunc etiam est timenda, 11. *quest.* 3. cap. 1. & innuit aliquam infamiam; deinde quia non levis est pœna, eum inter homines vivos ab eorum consortio, & familiaritate privari; ita tenet *Ioannes Andr.* in *cap. Cum dilectus*, num. 3. de his, qua vi. ubi *Antonius* num. 13. *Anchar.* num. 7. *Cardinal.* num. 3. *quest.* 1. *mol.* num. 8. *Abb.* num. 6. idem *Abb.* in *cap. Olim*, in 3. de restitutione spoliati, num. 10. *Dominicus* in *cap. 1.* num. 7. de sententia excommunicati, in 6. ubi *Frab.* num. 2. idem *Franch.* cap. unico, num. 2. de his, qua vi, in 6. *Roman.* *cons.* 369. num. 10. & l. *Interpositas*, num. 16. *Cod. de transact.* *Socius Senior* cap. *Sacris*, num. 505. *ver.* *Circa*, 23. *questionem* principalem, de sententia excommunicati, *Gygas* de pensionibus, *quest.* 36. *Miles* in *repertorio*, verbo, *iustus metus*. *Franciscus* de *Platea* de excommunicatione, §. 46. num. 10. *Philippus* *Probus* addit. ad *Monach.* rubrica de renuntiati, in 6. num. 21. *Rosella* excommunicati, 1. casu 29. num. 12. *Augelas*, verbo, *metus*, num. 4. ubi *Sylvest.* *quest.* 5. *Tabien.* *quest.* 1. num. 2. *Covat.* 4. *decretal.* 2. part. cap. 3. §. 4. num. 12. *Villalobos* in communibus opinionibus, littera *M.* verbo, *Metus*, num. 73. *Cuccus* *instit.* *maiorat.* lib. 5. tit. 12. num. 173. *Padilla* l. *Interpositas*, num. 14. *C. de transact.* *Mascard.* de *probat.* *conclus.* 1055. num. 50. *Bursatus* *cons.* 72. num. 54. vol. 1. *Flaminius* de *resignat. benefic.* lib. 1. *quest.* 13. num. 134. *inuncto* num. 142. *Vgolin* de *cenfur.* *tabul.* 2. cap. 24. in principio, num. 1. *Palaius* in 4. *dist.* 29. *disput.* 1. *Henriq.* de *mattimonio*, cap. 40. §. *Iam ex predictis*.

Addo deinde omnem alium metum cadentem in virum constantem facere invitum; est autem metus cadens in virum constantem, quando aut mors ipsa, aut corporis cruciatus gravis, aut universorum bonorum, aut partis eorum amissio interminatur; argumento *cap. 1.* & *cap. Ad audientiam*, & *cap. Cum dilectus*, de his, qua vi, & l. *Propter litem*, ff. de *excusat. tutor.* Item substractio magni lucri, ut docet *Cynus* in l. *Interpositas*, *C. de transactionibus*. *Anchar.* & alij, cum *Sanch.* lib. 4. de *mattim.* *disp.* 5. a num. 27. *Sayr.* de *cenfur.* lib. 2. cap. 21. num. 32.

Si quæras, qua ratione probetur metus? *Cofulendi* tibi sunt *Menoch.* lib. 3. de *presumpt.* tota *presumpt.* 4. *Mascard.* de *probat.* *conclus.* 1055. & sequentibus. *Sanch.* lib. 4. de *mattimon.* *disput.* 27. per totam.

In text. ibi, *Annali pœnitentia.* 5
Meminere huius textus, & pœnæ *Summa Astens.* 2. part.

2. part. lib. 7. tit. 16. art. 7. casu 41. Angelus, verbo, suspensio, 1. nu. 4. & verbo, Ordo, 1. num. 24. Sylvest. verbo, suspensio, quest. 6. & ibi Tabien. nu. 7. vers. Sexto, casu 3. Vivald. tit. de suspensione, nu. 52. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 6. nu. 23. Henric. lib. 13. de excommunicat. & suspensione, cap. 38. num. 3. & in Comment. littera N. Suar. de censur. disp. 31. sect. 5. num. 6.

In textu, ibi, Missas facere non præsumat. Colligunt proximè citati Doctores, hanc annalem à sacrificio Missæ suspensionem esse ipso facto, vide eos locis allegatis.

C A P. Gesta. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordo est Sacramentum voluntatis.
- 2 In casu necessitatis compelli possunt laici ad suscipiendos ordines.
- 3 Quando detur præceptum nubendi, & quem obliget?
- 4 Vtrum aliquando obliget religiosos, & sacerdotes?
- 5 Vtrum religiosus obligari possit ad maiorem perfectionem, quam professus est?
- 6 Habens beneficium potest compelli, ut intra annum ordinetur.

IN textu, ibi, Nolens ad sacerdotium. Colliges ex hoc superiori textu, Sacramentum ordinis esse Sacramentum voluntatis, neminemque ad illud cogi posse, quod etiam probatur cap. Quavis, de atate, & qualitat. notavit Casar Lambertinus de iure patronat. 1. part. lib. 2. art. 18. quest. 7. principali, num. 4.

An verò in casu necessitatis, & cum V. g. in Republica christiana defecerint clerici, qui Sacramenta administrant, possint compelli laici prudentes, & digni ab ordinarijs ecclesiasticis, ut ordinentur, & ministri fiant Sacramentorum? Affirmant Hojeda de benef. incompatibilitat. 2. part. cap. 9. nu. ult. Casar Lambertin. ubi proxime, nu. 6. vers. Fallit 3. ubi citat textum in cap. Placuit, & cap. Consuluit, hac dist. 74. Goffredus in summ. tit. de atate, & qualitat. à nu. 10. Henric. lib. 10. de Sacramento Ordinis, cap. 4. nu. 3. ubi cum multis, littera M. & N. facit Trid. sess. 23. de reformat. cap. 17. in fine. Nam sicut Sacramenta necessaria sunt ad salutem animarum, ita ministri talium Sacramentorum sunt necessarij. Adde posita ad cap. Innovamus, num. 2. dist. 60.

Similis quæstio agitur de matrimonio, quod etiam est Sacramentum voluntatis. Vtrum scilicet detur aliquod præceptum, quod obliget Rempublicam in communi, ut in casu necessitatis compellat particulares, ut matrimonium ineant? Affirmant S. Thom. 4. dist. 26. q. 1. & ibi Paludan. q. 3. Durand. q. 2. Sotus q. 1. art. 1. Ledesm. 2. p. q. 43. art. 2. Angles in floribus, 1. part. q. 1. de essentia matrimon. disp. 26. q. 1. art. 2. diffinit. 3. Viguierus lib. institut. cap. 16. §. 7. vers. 3. Bartholom. de Ledesm. de matrimon. dubio 3. Petrus Ledesma de matrimon. q. 41. art. 2. Ludovicus Lopez. 2. p. instructor. de matrimon. cap. 34. Vivald. in Candelab. 1. p. de matrimon. nu. 9. Vega lib. 3. summ. casu 144. Henric. lib. 11. de matrim. cap. 1. nu. 5. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 2. nu. 3.

Addunt Sotus, Angles, Vivaldus na. 10. Barthol. à Ledesm. Ludovicus Lopez, Vega, Sanch. omnes ubi supra, & præter hos Molina tom. 1. de iustitia, tractat. 2. disput. 22. talem posse esse necessitatem, ut etiam laicæ, & religiosi compelli possint ad matrimonium.

In textu, ibi, Vt nemo crescere compellatur. Vtrum religiosus obligari possit ad maiorem perfectionem, quam professus sit? Sanch. qui textum refert 2. tom. in Decalog. lib. 6. cap. 5. D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. Decius in cap. Ad nostram, nu. 6. de appellat. Navarr. cons. 17. nu. 6. & 7. & cons. 81. nu. 3. de regular. Tolet. lib. 7. cap. 16. fr. Emman. tom. 1. q. 44. art. 1.

In textu, ibi, Ad sacerdotij ordinem provehitur. Quid si episcopus compellat subditum habentem beneficium curatum, ut intra annum ordinetur presbyter, & ipse invitus ordines suscipiat, erit ne episcopus suspensus per annum à celebratione missarum? Respondetur negativè ex cap. Queris à nobis, & Glossa ibi cum Doctoribus, de atate, & qualitate. Ratio est quia talis, ex quo vult beneficiū, non est simpliciter invitus, sed secundum quid; lege Sayr. de censuris, lib. 4. cap. 6. num. 23. in fine. Henric. lib. 10. de Ordine, cap. 4. num. 3. & in Comment. littera N. vide posita ad cap. Innovamus, nu. 3. dist. 60.

C A P. Si qui III.

S V M M A R I V M.

- 1 Archidiaconus nostri textus meminisset.
- 2 Dicitio, qui, quam significationem habeat?
- 3 An sit credendum allegari se criminosum?

IN textu. Cuius meminit Archidiaconus in cap. Honoratus, num. 2. in principio, infra, hac eadem distinctione.

2 **I**n textu, ibi, Qui. Dicitur, qui, vel quis, est terminus communis, ideo plus non importat masculinum, quam foeminam. Decius cons. 693. num. 2. vers. Non obstant, plenius consil. 338. ubi dicit communem. Limita, quando sumus in materia odiosa, vel correctoria. Decius dicto cons. 338. vers. Nec obstat, in principio, declarant Cynus. Albericus & alij, in l. Quicumque, Cod. de servis fugitiis, quos refert Tusch. tom. 2. lit. D. conclus. 353.

3 **I**n Glossa, vers. Sed quid. Disputat Glossa, an quando quis allegat se criminofum, vel insufficientem, ut ad ordines non promoveatur, ei sit credendum? De quo videbis textum in cap. Queris, de arate, & qualitate, ubi Butrius, ibidem, nu. 9. & 10. Abb. num. 8. & II. Boer. decis. 223. nu. 1. & sequentibus.

C A P. Placuit. IV.

S V M M A R I V M.

1 Gregor. Lopez nostri textus meminit.

2 Qui promovetur de minori, ad maius est promovendus.

3 Verbum, volo, quid significet?

IN textu. Cuius meminit Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 31. Glossa 4. & l. 32. Glossa 2. & per illum controvertit, an coactus ad ordines coactione conditionali, teneatur continere? De qua questione vide Hostiensis in cap. Maiores, de baptismo, & eius effectu, num. 38. in verbo, conditionaliter. Navarr. in Manual. cap. 22. num. 51. & 52. & sub tit. de his, qua vi, cons. 2. num. 4. & sequentibus. Balthas. Mogollon. in tract. de his, qua vi, cap. 8. §. 2. num. 13. Henriq. in summa lib. 10. de Sacram. Ordinis, cap. 14. §. 3. & lib. 12. de matrimon. cap. 5. ut. 9. Vega in summa, tom. 2. cap. 57. casu 6. Emmanuel. Rodrig. tom. 1. summa. cap. 22. num. 5. & tom. 2. cap. 96. num. 4. conclus. 4. Petr. de Ledesma in summa. part. 1. de Sacrament. Ordinis, cap. 6. difficult. 3. Sayr. in clavi Regia. lib. 6. cap. 4. num. 20. Paul. Comitot. respons. moral. lib. 1. quest. 55. num. 2. Sanches de matrimon. lib. 7. disp. 29. num. 5. Eyd. Coninck de Sacrament. tom. 2. disp. 20. dub. 14. num. 143. cum quibus omnibus conclude coactum ad ordines, & gravi metu initiatum, non teneri ad continentiam observandam.

In textu, ibi, Ampliorem. Igitur si ad parem, vel minorem episcopus eum vellet compellere, recte potest ei contradicere. Nam qui provehitur, de minore ad maius est promovendus, ut observat Turrecrem. in presenti.

In textu, ibi, Volentibus. Volo, est verbum dispositivum, quando non expectat ad sui essentiam actus alterius voluntatis. Alexand. cons. 190. plura num. 32. vers. Quia verbum volo, lib. 6. & ibi Additio littera E. Tusch. tom. 2. littera D. conclus. 399. Velle aliquid, quando importet de futuro, vel de presenti; vide eundem Tuschum tom. ult. littera V. conclus. 40. vide etiam ad cap. Archidiaconum, 79. num. 2. infra, distinct. 81.

C A P. Episcoporum. V.

S V M M A R I V M.

1 Ordo in sedendo debet observari.

2 Propter simplicitatem, an privetur quis beneficio?

3 Tiraquelus nostram Glossam sequitur.

IN text. ibi, Posteriores priori. Debet igitur in sedendo ordo observari, ut declarat Albericus in rubr. de statu hominum, qui vocatos admittit secundum ordinem promotionis in tempore, l. I. C. de consulibus, lib. 12. l. I. C. de prepos. sacri. cubic. lib. 12. cap. Episcopos, 17. dist. cap. ult. 25. distinct. Cassan. in Catalog. gloria mundi, 7. part. post principium, quem refert Gama de cis. 1. nu. 4. qui nostri textus meminit.

In textu, ibi, Propter simpliciorem naturam. Probat textus etiam ab archidiaconatu repellendum aliquem propter simplicitatem; & textus non solum intelligitur de illo, qui simplicitatem habebat, quando fuit electus, sed etiam de illo, qui prudentissimus erat tempore electionis; si postea supervenisset simplicitas ob aliquam aegritudinem, vel percussionem, ut extendit Navarr. in cap. Si quando, de rescript. except. 11. num. 7. Menoch. de arbitrat. lib. 2. casu 426. num. 3. qui nostri textus meminit.

In Glossa 1. ad fin. ibi, Meliorem preferendum. Et ita melior semper est preferendus antiquiori, quia virtus, & bona fama praefertur

fertur aetati, & dignitati; textus in l. Vnicuiq, & ibi notat Bart. Cod. de proximis factorum scriporum, lib. 12. post Bald. & alios Tiraquel. de iure primogenior. in praefatione, num. 152. qui Glossam sequitur.

CAP. Quorundam. VI.

SYMMARIUM.

- 1 *Causa, propter quas parochus non tenetur residere.*
- 2 *Causa, propter quas loca sanctorum sunt transmutanda.*
- 3 *Monachus an promoveatur ad beneficium, vel canonicatum?*

IN textu, ibi, Et loci qualitate.

Igitur, si aer est infirmus, & pestilens, non tenetur parochus residere, ut ex nostro textu notavit Gregor. Lopez. partit. 1. tit. 16. l. 19. Glossa 8. cap. Ad supplicationem, de renuntiatione; vel si non potest securi in Ecclesia morari propter inimicitias, cap. Bona memoria Magumina, de electione, cap. Pastoralis, 7. quest. 1. Gregor. Lopez, ubi proxime, latissime Azeved. consil. 25. num. 6. & deinceps, ubi plura iura cumulat. Adde Concil. Trid. sess. 23. cap. 1. de reformat. post principium, vers. Nam cum christiana, ubi Barbof. plures DD. citat, & adducit causas aliquas, propter quas non tenetur quis residere.

Ibi, Fugam quaerat.

Nonnullis ex causis loca sanctorum sunt transmutanda. Prima, cum necessitas persecutorum loca eorum gravaverit. Secunda, cum ad eum locum adiri non possit. Tertia, cum malorum societate gravatur. Quarta, ad meliorandam Ecclesiam. Quinta, quando locus est periculosus, quia ibi sunt praedones. Sexta, communis utilitas; quas omnes enumerat Rebuff. in praxi beneficalis, part. 1. tit. de erectione in curatam, num. 4. & sequentibus, ubi num. 5. nostri textus meminit. Menoch. de arbitr. casu 423. nu. 12. & sequentibus. Adde posita ad cap. Quia aliquanti, dist. 82.

In Glossa, verbo, Syracusana.

Docet Glossa, quod monachus non potest esse secularis canonicus; licet possit esse praelatus; de quo disputat Abb. in cap. Quod Dei timore, nu. 5. de statu monachorum, Sylvest. verbo, Religio, 7. nu. 5. & 6. Paulus Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 78. qui omnes nostrae Glossae meminere. Vide

textum in cap. 1. 8. quest. 1. & in Clement. 1. de electione, cap. Si religiosus, & cap. Quorundam, de electione, lib. 6.

CAP. Vbi. VII.

SYMMARIUM.

- 1 *Staphileus nostri textus meminit.*
- 2 *Privilegium, quando per abusum amittatur? & num. 3.*
- 4 *Lex Castella desumpta fuit ex nostra Glossa.*
- 5 *Greg. Lopez nostram Glossam approbat.*

IN textu. Cuius meminit Staphileus de lit. gratia, fol. 197.

In textu, ibi, Privilegium meretur amittere.

Quando, & quomodo amittatur privilegium per illius abusum, vide textum in cap. Vt privilegia, de privilegijs, & in cap. Privilegium, 11. q. 3. & in cap. Licet, de regularib. cap. Contingit, 2. de sentent. excommunicat. cap. Recolentes, de statu monachor. ubi Glossa, verbo, communi iure, l. Qui sine, 40. iuncta Glossa ff. de negot. gestis, cum multis alijs, de quibus Damasus in tract. de differentia vulgari, membro 3. nu. 28. Anstet. in Clement. 1. nu. 12. de officio ordinarij. Cardinal. Tusch. tom. 6. lit. P. conclus. 754. & ex professo melius, quam omnes explicat P. Suar. de legib. lib. 8. cap. 36. per totum, qui nostri textus meminit; eandem conclusionem ad varios casus adducentes, in primis, quod scholastici otiosi, qui non student, & scholas non frequentant, non gaudent privilegijs scholasticorum, nec absentes causa sui studij fructus percipiant suorum beneficiorum. Garcia de benef. part. 3. cap. 2. a num. 54. Andreas Gallus de arestis imperij, cap. 10. num. 1.

Dicitur privilegium amitti per abusum, quando privilegiatus metas privilegij sui excedit, ut in dict. cap. Vt privilegia; quia scilicet religiosi, de quibus ibi confratres tempore interdicti tradebant ecclesiastica sepultura, prava interpretatione privilegiorum, quae minime compete-
bant eo casu; sic in cap. Tuorum, de privilegijs, ubi laici missi ab eisdem religiosis pro elemosynis colligendis, presbyteros ab episcopis suspensos absolvebant, & cruce signati praedicationis officium exercebant, contra privilegiorum formam, & prohibitionem iuris, quod similiter observabis. Circa nostrum textum alia multa prosequitur Pater Suar. a num. 3. & a nu. 7. usque ad finem, & bene explicat per huiusmodi abusum non amitti privilegium ipso iure,

quod etiam observavit Damascus, ubi supra. Nam verba, quibus Pontifices regulam constituunt, ibi. *Meretur amittere*, contrarium aperte significant, & apertius textus in cap. 2. in fine, de postulatione prelatorum.

4 In Glossa 1. in principio. Vide Greg.

Lopez part. 1. tit. 6. l. 32. Glossa 1. ubi ait, legem illam ortum habuisse ex nostra Glossa, & ex illis, quæ tradit Hosliens. in summ. de atat. & qualit. §. Ordo, vers. *Queritur etiam utrum coactus.*

5 In eadem Glossa, vers. Sed nunquid.

Disputat Glossa, an coactus ad ordinem coactione conditionali teneatur continere? De quo vide Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 32. Glossa 2. qui nostra Glossæ meminit, & eam sequitur; de quo disputat Turrecremat. in present. num. 2. & nos late diximus hac eadem dist. cap. 4. num. 1. ubi eundem Gregor. cum alijs adduximus. Ibi nos lege.

CAP. Honoratus. VIII.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus, qui ordinaverit subditum invitum, an teneatur ad damna?
- 2 Recusans venire ad iudicium, contra illum presumetur.
- 3 Victus an semper condemnetur in expensis?

1 **I**N textu. Collige ex illo reprehendi prelatum, qui transfert subditum invitum etiam ad maiores ordines, malo zelo; & dicit hic Glossa, quod episcopus teneatur ad damna, & expensas clerico translato, sequitur Prapofitus in present. num. 1. Bellamer. in principio.

2 In vers. Quam, ibi, Ad iudiciu.

Ex quo enim recusat, quis venire ad iudicium, presumptionem parit contra se, quod videtur de causa desiderari, cap. Christianis, 11. quest. 1. observat Turrecremat. num. 1. Prapof. vers. Nota presumi; unde non venientes possunt excommunicari, cap. Super his, de maiestate, tradit Duenas regula 261.

3 In Glossa, verbo, Tot scriptis, ibi, Puniri debet in expensis.

An, & quando quis debeat puniri in expensis? Vide Hippolytum de Masilijs in l. Patre, & ma-

rito, num. 43. & sequentibus, ff. de questionibus, ubi post alios tradit, quod licet victus victori condemnetur in expensis, fallit nisi ipse victus habuerit pro se unam opinionem approbati Doctoris, ita dixit Zabarella in Clementin. 21 de magistris, & volunt Doctores in l. Medicos, Cod. de professoribus, & medicis, l. 11. Abb. in cap. Calumniam, in fine, de penis, ubi dicit, hoc voluisse Ioannem Andream in cap. 1. de constitut. lib. 6. vers. Sed neque ex multitudine; ad quod etiam allegat textum in l. 2. §. Sed neq., Cod. de veteri iure enucleando. Fallit secundo, nisi victus fundasset intentionem suam super textu habentem varios intellectus, ut dixit idem Abbas, ubi proxime, pro quo facit dictum Bald. in l. Nequicquam, §. Vbi decretum, ff. de officio proconsulis, ubi dicit, quod illius, quod multipliciter exponitur veritas ignoratur, prosequitur late Hippolyt. num. 46. & sequentibus. Menoch. de arbitrar. casu 177. a num. 1. quo in loco cumulat iustas causas litigandi.

CAP. Consuluit. IX.

SUMMARIUM.

- 1 Gregor. Lopez nostri textus meminit.
- 2 Senior in beneficijs iuniori preferatur.
- 3 Dictio, Saltem, quid significet?

IN textu. Cuius meminit Greg. Lopez part. 1. tit. 6. l. 31. Glossa 2.

In textu, ibi, Maturiores etate.

Ponderat Tiraquel. de iure primogenior, in prefatione, nu. 182. & per illum docet, quod in honoribus ecclesiasticis, in beneficijs, & ceteris muneribus ad religionem pertinentibus seniores esse junioribus preferendos, Cynus in l. Cum quid, in principio, ff. Si certum petatur. Bald. consil. 167. Ordinatio testamenti, in fine, lib. 4. Bart. consil. 23. scripsit Propheta col. ult. lib. 1. Purpurat. in l. Procurator, col. 2. Cod. de edendo. Vide quæ scripsimus ad cap. Miramur, & cap. Statuimus, supra, dist. 61. Adde etiam pro reverentia debita senili etati seniores junioribus esse preferendos, non solum in sessionibus, sed etiam in ferendis, iudicijs, atque in electionum suffragijs. Mar. Anton. var. lib. 1. resol. 81. nu. 1. Tiraquel. de nobilitat. cap. 20. nu. 52. & de iure primogen. in prefat. nu. 111. & 112. Honor enim debetur antiquiori, Riccius in praxi, decis. 580. nu. 4. in 1. edit. & resol. 555. in 2. edit. & omne per antiquitatem fit nobiliss, l. 1. ff. de albo scrib. l. 1. C. Ut dignit. ordo servetur, l. Honores, C. de decurion. lib. 10. Casan. in Catalog. glorie

Gloria mundi. part. 4. considerat. 36. Valdes. de dignitate Regum regnorumque Hispania capit. 5. numer. 3. Quapropter minores maioribus natu debitum honorem, ac reverentiam debent exhibere. Cassan. citat. part. 2. consid. 10. Rebuffus in tract. nominat. quest. 14. numer. 49. Stephanus Grat. discept. forens. cap. 284.

3 In fine textus, ibi. Saltem.

Quae dictio adiecta dispositioni numerali non excludit maiorem numerum, quam fuit expressus, ut si dicatur quod debeant esse tres canonici saltem, possunt adesse quatuor, quia non restringitur dispositio. Geminian. consil. 37. Dubitatur de duobus, numer. 5. vers. Secundo, & de alijs significationibus. Vide Bald. consil. 69. factum tale est quidem pleniori, numer. 7. vers. Contrarium lib. 1. Cardin. Tusch. tomio 2. littera D. conclusione 367.

DISTINCTIO. LXXV.

CAP. Ordinationes episcoporum. I.

SUMMARY.

1 Ludovicus Soto maior nostri textus meminit.

2 Consecratio episcopi an debeat fieri in die dominica.

3 Omissio solemnitatis an vitiet actum?

1 IN textu. Cuius meminit, & eius materiam late prosequitur. Ludovicus Soto maior in Epistola 1. ad Timotheum capit. 4. folia 636.

2 Ibi, Die Dominica. An ad consecrationis episcopi substantiam spectet, ut fiat die Dominica, & re divina facta? Negative respondet Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 39. post principium vers. postremo, quia hoc est preceptum iuris Canonici, non ipsius consecrationis substantia, de quo etiam Salz. ed. in practic. crimin. cap. 26. littera A. vers. Episcoporum, qui nostri textus meminit. Adde cap. quod sicut. §. Super eo de electione.

3 In Glossa verbo, Tertia, ibi, Si omissa est, suppletur. Ponderat Felin. & ex illa deducit quod omissio solemnitatis, quae post actum se-

qui potest, non illum vitiat ipso iure, ubi additio littera A. multa adducit. Bart. in l. si quis, §. Ea lege vers. Quare utrum prohibitio. ff. de verborum obligat. & in l. bis consequenter, §. 1. ff. famih. heres. cund. Bald. in Rubr. Cod. de rescind. vendit. ad mediu. Abb. in cap. Quoniam frequenter in principio ut litenon contestata.

CAP. Quoniam. II.

SUMMARY.

1 Episcopus infra tres menses debet consecrari.

2 Dictio, forte, quid significet? & numer. 3.

1 IN textu. Collige ex illo ultra tres menses non debere differri episcoporum ordinationem, de quo Navarr. in Manuali cap. 25. num. 118. Reginal. in praxi fori penit. lib. 32. tractat. 2. cap. 24. num. 58. Rebuff. in praxi part. 1. titul. forma vicariatus num. 34 qui nostri textus meminit, quem innouavit Concil. Trident. sess. 23. de reformatione cap. 2. ubi ponit poenam de fructibus perceptis restituendis.

2 In textu, ibi, Fortè. Quae dictio regulariter importat dubitationem in facto. Iason. in l. si ex falsis, num. 5. de transactionibus per illum textum, & est textus similis in l. & forte in principio, & in §. ff. de servis venditis, & in l. 1. §. 1. iuncta Glossa, verbo, adiecta causa, ff. de rei vindicatione cap. 2. de sponsal. Decius in l. si quis Imperatorem, num. 1. C. qui testamenta facere possunt. Parisius cons. 19. vol. 2. n. 18. i subdens istam dictionem inducere dubitationem, nec excludere omnes casus, ut traditur per Glossam verbo, forte in cap. ex parte de celebratione missarum, & in cap. si forte de electione in 6. & ideo testis deponens per verbum forte, nihil concludit, quia videtur dubitative deponere. Anton. de Burr. cons. 45. vers. & non obstat, sequitur Iason. in l. in substitutione, numer. 5. ff. de vulg. & pupil.

3 Quando verò dictio, forte ponitur super iure, tunc non inducit dubitationem, ex Ius. in d. l. in substitutione num. 5. ff. de vulg. & in l. ex falsis in 5. Cod. de transact. Ruin. cons. 170. numer. 5. vol. 2. & probatur in cap. 2. vers. Necesse est. & ibi Glossa verbo, forte de testamentis, & in cap. quanti obrem, & ibi Glossa, verbo, si forte in fine de penitentia distinctione 1 l. si filius familias ff. de procuratoribus l. si duo ff. de arbitris. Abb. numer. 3. Felin. num. 10. in cap. accedens in 1. ut lite non contestata. Unde Doctores

decidentes per similem dictionem dicuntur absolute decidere *Alex. conf. 19. num. 11. lib. 5. Craveta conf. 91. num. 4. Glossa in l. si duo ff. de recipis arbitris. Menoch. conf. 25. nu. 14.* Similiter valet sententia, si iudex dicat *Condemno Titium in decem*, quia forte debitor est; nam dicto forte, importat certitudinem in eo casu, ex *l. sone dict. num. 5. Felin. in d. cap. accedens num. 11. vers. Secundo nota*, plures refert *Cenedo singul. 36. num. 4. Tusch. tomo 2. littera D. conclusionē 281. cum quibus prosequere.*

C A P. Ordinationes presbyterorum. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinati extra tempora, an sint suspensi?
- 2 Quo in loco debeant ordines celebrari?

I N textu, ibi, Tempore congruo.

Igitur qui ordinatur ordine sacro extra tempora à iure statuta suspensus est ab ordinibus, & si ministraverit irregularitatem contrahit; de quo vide *Paul. Fusch. de visitatione lib. 2. capit. 28. num. 36. Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 30. num. 9. & lib. 3. cap. 28. num. 10. vers. tamen hodie Vivald. in Candelabro ecclesie, titulo de sacramento ordinis, nu. 37. Bernard. Diaz. in practica crimin. cap. 22. Navar. in Manuali cap. 25. nu. 70. Gutierrez lib. 1. canonicarum quest. cap. 26. num. 18. plures refert Cenedo ad Decretum collect. 52. qui plura circa nostrum textum refert, & num. 2. disputat. An taliter ordinatus si celebraverit, possit absolvi ab irregularitate, quam contraxit, virtute Bullæ cruciatæ, vel alterius privilegij, seu Iubilij?*

I N Glossa, verbo, tempore. Docet

Glossa, debere ordinationem fieri in maiori ecclesia. Vide *Sylvestr. verbo, ordo 2. n. 8. Tabiana ordo 5. §. 1.* sed licet episcopo eos dare ubi libuerit, etiam in domo, prout hodiernus usus demonstrat, dum modo episcopalis domus sit, ut inquit *Henriq. in summa lib. 10. cap. 11. §. 8.* tamen illos dari posse etiam in domo non episcopali, & tanquam testis, post alios, quos refert, tradit *Campanil. divers. iur. Can. Rubric. 6. capit. 2. num. 17. Rebuff. in praxi part. 2. titulo de clericis n. de promotis, num. 5.*

C A P. Quod à Patribus. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Missæ quatuor temporum quando dicenda?
- 2 Olim Missa Resurrectionis noctu dicebatur.
- 3 Peres nostrum textum citat ad elegantem questionem.

I N textu. Collige ex illo, in diebus quatuor temporum, & in sabbato sancto posse missam dici post horam nonam diei, id est in quarta diei parte, quæ ab hora tertia pomeridiana incipit; quia olim ita fiebat, ut tradit *D. Thom. 3. part. quest. 83. art. 2. ad tertium.* At verò licitum est antiquam consuetudinem innovare, ut sentit *Navar. de horis Canonicis c. 3. num. 42.* ubi nostri textus meminit, sed melius *Suares* existimat iam illos ritus fuisse omnino abrogatos, & ideo non licere, etiam si ordinationes sint faciendæ, vel officium sabbati sancti sit dicendum, vespertina hora illud inchoare, quem late videbis, 3. tom. de sacramentis disput. 80. sect. 4. §. Sed quæres. Præsertim quia *Pius V.* motu proprio vetuit omnes nocturnas, vel matutinas missas etiam in sabbato sancto.

I N textu, ibi, Quæ lucefcit in prima sabbati. Igitur iuxta consuetudinem antiquam missa Resurrectionis noctu dicebatur; ex ea ratione quia *Dñs noster*, noctu resurrexit; imò ait *D. Thom. 3. p. q. 83. art. 2. ad 4. in fine* Illam missam dici solitam circa noctis principium cap. solent de consecratione arst. 1. quod intelligendum est quantum ad prophetias, & alias ceremonias, quæ illa nocte fiebant ante Missam; nam missa non inchoabatur ante dimidiam noctem, ut bene ponderat *Suares 1. tomo de sacramentis disput. 80. sectione 4. §. secunda exceptio*; nunc verò observat iam illam consuetudinem cessare; diciturque illa missa sabbato sancto paulo ante meridiem.

I N textu, ibi, Post diem. Ponderat *Peres lib. 7. ordinamenti, titulo 2. l. 22. fol. 408. §. Item,* & per illum docet, quod cum quis dixerit, post diem sabbati, hoc sermone non includitur dies sabbati quod inducit ad questionem, quando quis renuntians officium publicum, post renuntiationem factam, viginti dies vivere tenetur, si in vigesimo die resignationis fuerit mor.

mortuus, an vacet officium, aut beneficium per mortem, & non per resignationem? Adde circa textum *Salzedo in practica crimin. cap. 26. littera A. Rebuff. in praxi benefic. part. 2. titulo de clericis ad sacros ordines malè promotis, num. 10.*

CAP. Quod diè. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores, qui textus meminere.
- 2 Dies Dominica, dies est letitia.
- 3 Peccat qui diebus Dominicis negotia exercet.
- 4 Episcopi die Dominico consecrantur.

1 **P**ost principium textus, ibi, Paulus, & Barnabas. Citant. *Turrec. in cap. quis nesciat. num. 1. ante finem, ubi Praposit. num. 4. & 8. distinctione 11. Caietan. tom. 1. tractat. de autoritate Papa, cap. 2. post medium, & per illud latè disputant de comparatione potestatis Petri primi Papæ, & aliorum Apostolorum; de quo vide quæ scripsimus ad cap. in novo, num. 3. & sequentibus, supra distinctione 21.*

2 **I**n textu, post medium, ibi, In die Dominicę Resurrectionis. Ponderat. *Paulus Fuschus de visitatione lib. 2. cap. 21. num. 41. & ex illo deducit, quod laici circa observationem festorum subduntur episcopo, & puniuntur, non observantes, ne fiant mercato, & nundinæ. cap. 1. de ferijs, cap. 1. de consecratione, dist. 3. Maxime in diebus Dominicis; talis enim dies celebrari admodum, & venerari debet; cum in illo mundus sumpsit exordium per Resurrectionem Christi, mors interitum, & vita accepit principium. Cardinal. Hosius lib. confession. precepto. 3. cap. 39. Soto lib. 2. de iustitia q. 4. ar. 4. late Peres lib. 1. ordinamē: i tit. 1. l. 5. Glossa 1. post principium, qui etiam nostri textus meminit.*

3 **V**nde infert idem Peres, peccare diebus Dominis negotia exercentes, faciunt enim contra præceptum Levit. 23. de sabbato sanctificando, cui festa ecclesiæ succedunt. *S. Antonin. in summa 2. part. titulo 9. cap. 7. §. 3. transgreditur enim præceptum canonis, ergo peccat, textus, in cap. 2. de maiorit. & obediēt. Quod tamen fallit, si necessitas urgeat, vel pietas suadeat, idē Peres ubi proxime vers. unde infero, latissimè, & eleganter Francisc. Suares tomo 1. de religione lib. 2. c. 17. 18. & sequentibus.*

In Glossa 1. Benè exponit Glossa verbum *Sacerdotum de episcoporum consecratione, quæ die Dominico celebratur argumento textus in cap. olim 95. dist. sequitur Turrec. in præfenti in expositione litteræ Prapositus, num. 1.*

CAP. Quando. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Rebuff. nostri textus meminit.
- 2 Dictio, ubi, quid significet?

In textu. Collige ex illo minores ordines dari posse, quando, & ubi episcopo videbitur, ut ex nostro textu tradit *Rebuff. in praxi p. 2. tit. de cleric. ad sacros ordines malè promotis num. 5. sacri verò nunquam, nisi in publica ordinatione, de quo etiam diximus in cap. ordinationes presbyterorum, num. 2. supra hac eadem dist. de quo etiam vide Turrec. in cap. quod à Patribus, num. 2. hac eadem distinctione.*

In textu. ibi, Et ubi. Dictio, ubi, quandoque idem significat quod dictio, postquam Glossa, verbo, ubi in capit. 1. §. Vnde in veteri de sacra unctio.

CAP. Ordinationes. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores qui textus meminere.
- 2 Ordines quare quatuor temporibus conferantur.
- 3 Prius ordinatus an præferatur alijs?

In textu. De quo meminere *Rebuff. in praxi beneficii p. 2. tit. de clericis ad sacros ordines male promotis num. 7. Pater Suares tom. 1. de sacramentis disput. 80. section. 4. ante finem vers. sed quare primo. De temporibus ordinationis, de quibus agit noster textus; vide Concil. Trident. sess. 23. de reformatione, capit. 8. Henriq. in summa lib. 10. cap. 12. à principio. Vasquez de sacramento ordinis disput. 246. cap. 5. num. 46. & sequentibus, late Campanile diversorum iuris Canon. Rubr. 6. cap. 1. & sequentibus.*

Quare